


7

COMMENTATIO

DE

EXTREMA ODYSSEAE PARTE

INDE A RHAPSODIAE Ψ VERSV CCXCVII

AEVO RECENTIORE ORTA

QVAM

HOMERICO

SCRIPSIT

FRIDER. AVGVST. GVIL. SPOHN

PHILOS. DOCT. AA. LL. M.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCCXVI.

VIR

PERILLVSTRIS AC GENEROSISSIME

Ex quo primum TIBI innotui, nihil ardentius optaui, quam vt mihi aliquando contingat, vt vires, quae quam tenues sint nemo me nosse potest melius, exercere, TIBI vero ea re animum gratum et pium possim comprobare.

Eiusmodi opportunitas data est hoc libello conscribendo. Vtrum hic tanto nomine ac tanta auctoritate dignus sit, an secius de eo statui debeat, iudicii est non mei, sed TVI et virorum, quos nostri temporis homines in hisce rebus censores venerantur, quibus tacita verecundia hunc libellum, quem iis commendare vereor, iam trado.

Vnum mihi licet, rogare, vt TV beneuolo animo hoc leue munusculum accipere velis a iuuene, quem Portae, cui Deus faueat, versantem fauore et beneuolentia ornabas. Scribeb. Lipsiae Calend. Maii CIↃIↃCCCXVI.

FRIDERICVS AVGVSTVS GVILIELMVS SPOHN.

VIRO

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO

HENRICO VICTORI AVGVSTO

L. B. DE FERBER

COLLEGII SVPREMI RES SACRAS ET SCHOLASTICAS
PER SAXONIAM CVRANTIS PRAESIDI,
ORDINIS SAXON. VIRTVTIS CIV. EQVITI SECVNDARIO

PATRONO PIE COLENDO

D. D. D.

AVCTOR.

Iam veterum nonnulli Odysseam Homero siue verius Iliadis auctori abiudicandam esse censuerunt [1]), et haec sententia, quum ob disertum illorum iudicium, tum ob ipsam carminis indolem ac naturam profecto habet, quo contemplationi et disquisitioni, ne dicam comprobationi et assensioni, commendetur. Tantum vero abfuit, vt inueniret laudatores, vt quasi indicta causa damnaretur, atque igitur hoc carmen, quantum quantum est, vni illi eidemque, qui Iliadem condidisse credebatur, adscribi soleret. Odysseam igitur totum quoddam, cuius partes arctissime cohaerentes, egregia arte dispositae et connexae suauissime sese exciperent, esse putantes, in notandis hic illic versibus, quos spurios esse iudicabant, plerique acquieuerunt, nec nisi duo grammatici de genuina et vere homerica alicuius partis origine dubitare, et secus, ac vulgus consueuerat, statuere ausi sunt.

Aristophanem enim *Byzantinum*, primum, qui, vt *Wolfii* verbis vtar [2]), maiore diligentia inquisiuisse, quid genuinum sit aut spurium ex monumentis illorum temporum, dici queat, et *Aristarchum*, principes igitur criticorum illius temporis, extremam Odysseae partem a rhapsodiae Ψ versu CCXCVII non Homeri, sed alius cuiusdam auctoris, eiusdemque recentioris, opus habuisse comperimus. Haec enim *Eustathius* (p. 1948 lin. 47 sqq. ed. Rom.) ad hunc locum exhibet:

1) Vid. *Wolf.* Proleg. p. 158. n. 20.

2) Proleg. p. 218.

Ἰστέον δέ, ὅτι κατὰ τὴν τῶν παλαιῶν ἱστορίαν Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης, οἱ κορυφαῖοι τῶν τότε γραμματικῶν, εἰς τὸ ὡς ἐῤῥέθη·

Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο (v. 296) περατοῦσι τὴν Ὀδύσσειαν.

Scholia minora p. 270. ed. *Camer.* et *Mic.* ad h. l. eadem breuiter ita enarrant: Ἀριστοφάνης δὲ καὶ Ἀρίσταρχος πέρας τῆς Ὀδυσσείας τοῦτο ποιοῦνται. Quae verba etiam in margine codic. Vindobon. CXXXIII leguntur.

Nam vti *Wolfius* in Proleg. p. 136. n. 1. dicit: „In Odyssea praeterea codd. aliquot indicium habent illius suspicionis, vt Clarkianus a Th. Bentleio collatus, et duo Vindobb. V et CXXXIII." De Vind. CXXXIII vidimus, V apud *Alter.* post v. 296. habet quatuor puncta ⁘ et manus prima minio adscripsit: τέλος Ὀδυσσείας, et in cod. Harleiani n. 5674 margine leguntur: τοῦτο τὸ τέλος τῆς Ὀδυσσείας φησὶν Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης.

Quam quidem sententiam, vtrum antiquiorum testimoniis confisi, an argumentis tantum ex ipsa huius partis indole ac natura petitis rebusque ibi commemoratis commoti, tulerint illi duumuiri hodie non liquet. In eorum numero, quae in scholiis commemorantur, et infra recensebuntur, nihil reperitur, quod ad antiquiorum auctoritatem prouocet, nec nisi ea notantur, quae eos in ipso carmine offenderant.

Recentioribus temporibus *Is. Casaubonus* loco, quem diu frustra quaesitum *Friedemannus* meus indicauit, p. 414. ed. *Almelou.* n. 5. dixit: („et scholiastes Homeri *Od.* ω.") „si Homeri est ille liber." Alium locum *Rapini*, quem *Daceria*, *Popius*, et *Wolfius* (Prol. p. 135. not.) innuunt, reperire non potui [3]). Notantur

3) Locus enim *Rapini* in libro: Comparaison d'Homère et de

autem *Casaubonus* et *Rapinus* ob hanc sententiam a *Daceria* et *Popio* in obseru. ad h. l. *Daceria* (L'Odyssée d'Homère Tom. III. p. 286) dicit: — c'est un point de critique très-important, qu'il faut éclaircir, car je vois, qu'il a presque entraîné des savans hommes, et leur a fait douter, que cette fin de l'Odyssée fût veritablement d'Homère. *Casaubon* lui-même dans quelqu'une de ses Remarques sur Strabon, en parlant du XXIV Liv. de l'Odyssée, dit: „*S'il est vrai, que ce Livre soit de lui.*" *Popius* in notis ad versionem Odysseae (The Odyssey of Homer translated by Alexander Pope Esq. Vol. III. London 1763. 8.) p. 220 sq. haec habet: Eustathius informs us, that Aristarchus and Aristophanes, the grammarian, thought the verse quoted as the head of this remark, to be the conclusion of the Odyssey, and consequently they judged the remaining part of this book, and the whole XXIVth, suppositious: those who were of a contrary opinion replied, that by ending the poem with that verse, many incidents of great importance would be rejected: for instance, the recapitulation of the whole Odyssey, and especially the discovery of Ulysses to his father Laertes, with all the beautiful fictions contained in it. They add, that if the little relation that the beginning of that book bears to the subject of the poem, be a reason for the rejection of it, we must for the same reason abridge the poem, and reject a multitude of the fables which are scattered through the whole course of it. It may therefore be conjectured, that Aristarchus and Aristophanes were not of opinion, that the poem ended with this verse, but only the most necessary and important incidents. *Casaubon*, in a remark upon a passage of Strabo, favours the opinion of Aristarchus, for he the-

---

Virgile (in ei. Oper. Amst. 1709. 8. Tom. I. p. 148 sq.) respicit locum e priore parte Rh. ψ.

re, speaks of the last book as if he suspected id to be spurious: and *Rapin* joins in the same judgment. Homer is to be defended in another manner, than by such arguments, as are brought in answer to Aristarchus."

Haec vero argumenta eius, vti etiam quae *Daceria* profert, in fine totius disputationis recensebo.

Postea *Aug. Guil. Schlegelius* in libro, quem scripsit: de geographia homerica (Hannov. 1788. 8.) p. 189 his vsus verbis: „discrepans autem ab Homerica ratio mythorum tractandorum, *maxime suspectum* hunc (XXIV) librum fecit," eandem sententiam amplexus est.

Ex quo *Wolfii* egregium ingenium optime et singulari post hominum memoriam virtute de carminibus homericis mereri coepit, vti de Iliade, ita de Odyssea accuratius et subtilius disceptari coeptum est, quum non solum *Wolfii* V. S. acumen Odysseam aut plane non aut minima tantum ex parte ab auctore Iliadis profectam esse videret [4]; verum etiam *G. H. C. Koësii*, iuuenis Dani, sedulitas ac sollertia non sine felici successu de Odyssea, eius origine et compositione vniversa disquireret, eamque diligenter et subtiliter indagare studeret [5].

Hic quidem iuuenis optime instructus et paratus ad egregia in hoc genere facinora, sagax in inuestigandis iis, quae aliena et supposita sint, rectissimi iudicii in diiudicandis: haud vulgari praeditus ingenii, quo perquam subacto excelluit, acumine, iam eo prouectus erat, vt non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere possent viri docti, talem futurum, qualem cognitum iudicarent, quum eum

---

4) In libro: Briefe an Hofr. Heyne. Berlin 1797. 8. p. 9.

5) In commentatione: de discrepantiis quibusdam in Odyssea occurrentibus, Hafniae 1806. 8.

ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν.

Contigit enim illi, vt e Graecia redux, optimis praesidiis ad singulare quoddam lumen veteris Graeciae monumentis afferendum ditatus, quorum maximam partem ex illo etiamnum locuplete, quanquam profanato, Musarum sacrario petierat morte oppressus, ob fatum, in ipsa crudelitate, benignum ac mite, vitam in vicinia terrae, cuius collustrationi eam dicare voluerat, poneret, ibique conderetur.

Iam igitur, vt redeamus, vnde laus viri huius praestantissimi nos seduxit, *Koësius* ille, quum multa, Odysseam peruolutans, et indolem eius atque rationem diligenter considerans, reperisset, quae aut reuera secum pugnarent, aut viderentur certe sibi aduersari, non pingui Minerua varias quasdam, quibus Odyssea constet partes, siue ῥαψῳδίας siue alio quo visum est nomine appellandas esse censeas perinde est, inuestigauit. Quarum quidem obseruationum, quas grauiora interdum complecti infitias ire nemo potest, maxima pars eo magis non tam probabilitatis speciem, quam certae veritatis indicium prae se ferre mihimet ipsi videtur, quo certius ipse, priusquam illius commentationis vel leuissima fama ad me peruenerat, in nonnullis, quorum vt vnum saltem commemorem, in itineris a Telemacho Pylum suscepti ratione iam haeseram, ibique haud leuem inueneram offensionis causam. Haec ne ea mente dixisse puter, vt gloriolae alicuius speciem inde mihi vindicare velim ac studeam, modo satis quidem inhonesto, multorum vero exemplis, si Diis placet, comprobato, ad viri egregii testimonium prouocare possum, quocum inter priuatos parietes timidiusculе aliquando hanc rem communicaui, qui etiam notitiam illius commentationis primus fecit, quae me e schola vix egressum fugerat. Sed quum optime suspicionem istam, quam perhorresco, ita euitare possim,

vt nonnulla, eademque non minus leuia, quae *Koësium* effugerunt, proferam, liceat mihi, praeterea quum promissis, nuper datis, stare debeam, relicta aliquantulum *via*, huius generis quaedam exhibere.

Medo, praeco (κῆρυξ) Vlyssis, adeo fidus ac fidelis domino fuisse et procos tanto odio habuisse dicitur, vt, quicquid audiisset et comperisset eorum, quae isti sermocinantes loquerentur dominae inuisa, et Telemacho nociua atque periculosa, statim enarraret (*Δ*. 675 – 715. *Π*. 412), quamobrem Vlysses redux in μνηστηροφονίᾳ ei parcit, precibus Telemachi, haec narrantis, commotus (*X*, 357 sqq.).

At vero *P*. 172. idem Medo procis studuisse, ideoque iis inprimis placuisse dicitur:

ὅς ῥα μάλιστα
ἥνδανε κηρύκων, καί σφιν παρεγίγνετο δαιτί.

B. 347. coll. 345. ταμίη vocatur Euryclea, eademque, vti videtur, *Π*. 152. intelligenda est; contra *P*. 495. *Σ*. 169. *T*. 96. *Ψ*. 154. (θαλαμηπόλος *Ψ*. 293.) ταμίη est Eurynome quaedam, Euryclea vero in hisce libris dici solet τροφός, nec nisi σκοπὸς δμωάων (*X*. 396. coll. *T*. 15. *Φ*. 147. *X*. 419 sqq.) esse videtur. Quod quidem arctissime cohaeret cum alia locorum biga *B*, 337 — 380 et *Φ*. 6 — 12 coll. 42 — 62.

Hoc enim loco Penelope in θάλαμον ascendit ἔνθα κειμήλια κεῖτο ἄνακτος (Vlyssis), et

(v. 10.) Χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος

coll. 61 sq. erant, et χηλοί, in quibus Vlyssis

θυώδεα εἵματ' ἔκειτο (v. 51 sq.),

vt inde promat eiusdem arcum, et quae ad certamen a procis instituendum necessaria sunt, cuius θαλάμου clavem *ipsa habet, eamque seruat*. Illo autem loco *B*. 337 sqq. Telemachus ascendit in θάλαμον patris

— ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο,
ἐσθής τ' ἐν χηλοῖσιν (338 sq.).

in quo (345) γυνὴ ταμίη νύκτας τε καὶ ἦμαρ
ἔσκεν,

et statim additur, quaenam intelligenda sit,

ἣ πάντ' ἐφύλασσε νόῳ πολυϊδρείῃσιν
Εὐρύκλεια.

Non opus est consectario, quum quam vehementer haec sibi aduersentur cuiuis appareat, et ab Eustathio aliisque λύσεως alicuius causa prolata nihil efficiant.

Eadem occasionem praeberent perquam opportunam accuratius depingendi palatii Vlyssis, quod *Vossii* V. C. opera, qui descripsit eius partes in tabula versioni Odysseae (edit. 1806) annexa, (quae vero descriptio multis etiam locis nititur aliunde petitis) haud scio an nondum satis accurate sit illustratum. Sed quum nimium nos ab instituta quaestione seduceret, nunc mittamus.

Loco *P.* 195 vbi personatus Vlysses ab Eumaeo baculum petit dono dandum, quum ipse iam *N.* 437 secum attulisset aliquem a Mineruа datum, atque vbi pellis ceruina, qua *N.* 436 indutus antea accesserat, neque quum linquit casam Eumaei, neque postea commemoratur, inhaerere nolo. Vnum modo praeter iam commemoratos notare locum lubet, in quo cum aliis comparato dissensum deprehendi nemo infitias ibit.

Qui quidem dissensus, eo grauius notandus, quo propius virum principem tangit, in quo laudando et celebrando totum hoc carmen versatur, in eo inest, quod Vlyssi alibi nigra caesaries et nigra barba tribuuntur, alibi vero eidem vtraque flaua adscribitur. Rhaps. *Π.* v. 175 dicitur μελαγχροιής, et 176. κυάνεαι — γενειάδες [6]) — γένειον eius obumbrant, neque dissimili ratione loci *Z.* 231 et *Ψ.* 158 eidem οὔλας — κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας conciliant; contra

6) Argonaut. Orphic. v. 886. vbi Medea furore amoris correpta exosculatur Iasonem

vero Minerua Rh. *N.* 399. 431. *ξανθὰς ἐκ κεφαλῆς — τρίχας* delet.

Sed haec, quae quo consilio diota sint iam supra professus sum, praesertim, quum ad alia, quae infra recensebo, prouocare queam, sufficiant, atque oratio iam eo, vnde discedere coepit a via, reuertatur.

Ille igitur *Koësius* Odysseae, quam vti totum quoddam singulari quadam et eximia arte ad vnius corporis formam atque disciplinam compositum et temperatum maxime semper admirari solebant homines, varias partes indagare studuit. Quanquam vero de variis hisce partibus, quas diuersis auctoribus tribuendas esse docuit, satis diligenter disseruit; tamen de hac extrema Odysseae parte, quod sane mireris, nihil commemorauit, quod originem spectet. Nam quanquam aliis locis intermixtos locos *Ω.* 320 sq. p. 27, *Ω.* 333 sq. p. 28, et p. 37 Rhaps. *Ω.* init. notauit; tamen quum diserte „*ἀοιδὸν* librorum extremorum (forte iam inde a rh. *σ*)" sumat (p. 29), de hac, quam tangere volumus, parte vti de peculiari carmine cogitasse non putandus est.

Paullo ante *Io. Gottl. Schneiderus* V. C. nonnulla de hac Odysseae parte atque eius origine monuerat in praefatione edit. Orph. Argonaut. p. XXXIV sq., sed quum nonnisi breuissima sint grauioribus accensere dubito. Sunt autem haec:

δάκρυσι πλημμύρουσα γενειάδας· οὐδέ τιν' αἰδῶ
ἔσχε πόθων ἥρωος, ἐλαυνομένη δ' ὑπὸ φίλτρων
παρθενίην ἔῤῥιψε κ. τ. λ.

ita legendum esse opinor:

— — — γενειάδας· οὐδέ μιν αἰδὼς
ἔσχε πόθων ἥρωος, ἐλαυνομένη κ. τ. λ.

neque eam pudor retinuit et coërcuit, sed pulsa et agitata furore amoris" etc., quod cum sensu vocabuli „*ἐλαυνομένη*" melius concinere puto. Cfr. Apoll. Rhod. *Δ.* 1147 et Musae. v. 97.

„Manus *διασκευαστῶν*“ (in Odyssea) „diuersas duobus tantum in locis agnoscere mihi licuit. Priorem quidem iam indicauit egregius *Wolfius* in Proleg. pag. CXXXI. Est is in Odysseae libro quarto a versu inde 620, qui vna cum sequentibus tam male commissus est cum priore libri parte, vt lector dubius haereat, Telemachum adhuc Menelai mensae hospitali assidentem, an domi suae inter procos matris versantem poeta narrare voluerit [7]).

---

7) De quo Odysseae loco pauca adspergere liceat. Vocab. *Δαιτυμόνες* Od. *Η.* 102. 148, *Θ.* 66. 473, I. 7, O. 467, P. 605, X. 12, (in Iliade enim h. v. non legitur) vbiuis significat *conuiuas, epulantes.* Eustath. ad l. Od. *Δ.* 621. „*ὅτι ἀφεὶς*“, dicit, „*τὸν Τηλέμαχον ὁ Ποιητὴς ἐν Σπάρτῃ ἀπασχολεῖ τὸν λόγον εἰς τοὺς μνηστῆρας καί φησι·*

Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἴσαν,

et pergit *Ἰστέον δέ, ὅτι δαιτυμόνες ἐνταῦθα κατὰ παλαιὰν παρασημείωσιν οὐχ οἱ φίλοι, ἀλλ' οἱ τὴν δαῖτα ἑτοιμάζοντες.* Schol. min. *ἑστιάτορες*, huc etiam spectare videtur explicatio *μάγειροι* apud Hesychium et Etymol. Magn. p. 252 ed. *Sylburg.* Qui sic interpretantur, iis *ἄλοχοι* deinde ancillae sunt, (furtim) cum procis concumbentes (Od. *Σ.* 325, *Υ.* 6 sqq., *Χ.* 424 sq. 441—443, 448) et inde ab hoc v. enarrari, quid Ithacae factum sit, putant. Contra vero *Barnesius* et *Daceria* a v. 625 demum res narrari Ithacae a procis gestas statuerunt. *Wolfius* in Proleg. l. l., quem sequutus est *Schneiderus* l. l., dubium relinqui putat, et haerere lectorem, Ithacaene an Spartae facta sint, quae a v. 620—624. narrantur; sed *δαιτυμόνας* etiam hoc loco conuiuas significare, neque de procis, et seruabus coenam parantibus, cogitari debere puto. Primum enim, etsi intacta linquere velimus *δώματα θείου βασιλῆος* de Menelai palatiis, quam de absentis Vlyssis quouis pacto citius intelligenda, *ἄλοχοι καλλικρήδεμνοι* (quod epitheton non optime conueniret, si de ancillis istis cogitandum esset) ad „*δαιτυμόνες*“ referendae sunt; hinc colligitur *μνηστῆρας*, qui v. 625 ante portam palatii versantur, eosdem esse, qui *δαιτυμόνες* v. 621 dicantur, quod absurdum est, aut *δαιτυμόνας* non *μνηστῆρας* rem habuisse cum ancillis, quod non magis cum illorum opinione

In extremo deinde libro auctorem ingenium et spiritus plane defecisse videtur; ita, vt in rerum multarum satis grauium narratione breuitate inepta, partim etiam obscura defunctus, lectoris exspectationem plane fallat. Initium vero ipsum libri vsque ad versum 203

conuenit. Deinde officit iis, quod v. 622 δαιτυμόνες μῆλα adduxisse et οἶνον attulisse secum dicuntur. Nam licet prius argutando ita excusare possis, vt cum Od. P. 170 sq. 212 sqq. Υ. 162 sq. 173 sqq. 185 sq. 213. Φ. 265 sq. aliisque locis consentire statuas, posterius tamen efficiet, vt de Menelai conviuis (ἐρανισταῖς), qui v. 13. et 16. γείτονες ἠδὲ ἔται dicuntur, (ἔρανον) symbolas more solito afferentibus (symbolarum collatoribus Plaut. Curcul. IV. 1. 13.), non de procis cogites (quos plane secus facere queritur Telemachus v. c. A. 248. Π. 125). Accedit, quod vox „ἔπεμπον" aliunde, quam ex aedibus Vlyssis, haec ab ἀλόχοις missa esse docet. Denique vero omnem dirimit litem comparatio v. 683 cum h. l. et praecip. c. v. 624.

Qui enim ille locus, vbi Penelope e praecone quaerit, num iusserint proci

— εἰπέμεναι δμωῇσιν — — — — —
ἔργων παύσασθαι, σφίσι δ᾽ αὐτοῖς δαῖτα πένεσθαι;

congrueret cum v. 624 vbi ex illorum sententia iam parari dicitur.

Non igitur de seruis Vlyssis, qui procis coenam parent, non de seruabus eiusdem, sed de conuiuis Menelai redeuntibus et symbolas afferentibus et adducentibus, atque de eorum vxoribus alias insuper mittentibus intelligendum esse hunc locum, et transitum Sparta Ithacam, ex illa vrbe aedibusque Menelai in hanc aedesque Vlyssis versu demum 625 fieri puto. Refinge igitur in Summario *Wolfii* lin. 15. (306—624) et l. 18. (625—714.)

Quae quidem asserens nullus nego inesse huic loco, quibus offendi possit lector, et commissuram hic esse videri non nimis feliciter coniunctarum partium, quod egregio, quo pollet, acumine vidit Wolfius, cuius auctoritas, quominus hanc sententiam argumentis firmem, prohibet. De reliquis rebus et locis, quae in extremo hoc libro nos offenderunt, sunt autem aliquot, hic nihil afferamus, sed tangamus locum nacti, quo melius fieri potest.

continet emblema tam alienum a consilio poetae, tam abhorrescens a moribus, opinionibus, et sermone aetatis eius, ex qua carmen Iliacum et Odysseam transmissa ad nos credere licet, vt merito miremur, quam patienter critici veteres, quorum quidem iudicium nobis innotuit, partem alienam corpori egregio inepte additam et tam facile agnoscendam tolerauerint."

Priorem igitur tantum libri XXIV partem vti spuriam notat, in reliquo nonnisi ieiunum quoddam et frigidum accusat, de quo argumento infra videbimus.

Haec fere sunt, quae de origine extremae partis Odysseae reperiri possint. Iam quidem nos de ea quaestionem instituere volentes, ita in ea re versabimur, vt, quam fieri potest maxime sequentes duumviros illos veteres, primum ea vbiuis recenseamus, quae illi monuerunt, deinde vero, si qua data fuerit occasio iis ea annectamus, quae nos offenderint.

Omnis vero disputatio nostra, vt via quadam atque ratione procedat, in duas seiungatur partes, quarum prior ea contineat argumenta, e quorum genere veterum illa sunt, siue, vt clarius denotem, argumenta, quae e rebus ipsis repetuntur; posterior comprehendet alterum genus, quod in verbis et oratione versatur.

Itaque nunc de origine huius partis disquiramus, veteres illos duces sequentes, primum argumentis petitis e rationibus sensus decori et conuenientis, ita quidem, vt ad has examinemus *quid cecinerit* huius partis auctor, *modum, quo cecinerit* in altera parte examinaturi. Haec excipiant argumenta, quae rationibus archaeologicis, mythologicis, historicis, geographicis et chronologicis nituntur, quae quid spectent singula, et nomina monent et explicatius, quam hic fieri potest, idoneis indicabitur locis.

Altera vero huius libelli pars orationem consideret, partim singula verba eorumque rationes, partim

coniuncta; deinde omnem omnino dictionem et orationis colorem. Porro nonnulla monebimus ibi de numeris; praeterea de consilio et necessitate huius partis aliisque rebus, quae homericam eius originem probare videntur. Quibus cognitis sententia de seriore eius origine ferri poterit facillime. Noli vero putare, nos in hac re eo delapsuros esse, vt in inuestiganda huius partis origine eo allaboremus; vt auctorem eius indicare et nominare velimus, quod qui facere vellet, operam valde luderet. Sat egisse nobis videbimur, si iam antiquissimis temporibus eam reliquis Odysseae partibus adhaesisse minime negantes, recentiore aeuo, quam homerico ortam esse effecerimus.

PARS I.

CAP. I.

Itaque iam ad primum argumentorum genus accedamus, quod in eo versatur, vt *e rebus*, quas huius partis auctor (si quidem vnus est, neque plures sumendi sunt), cecinit, *ad rationes decori examinatis et respectu eorum, quae neque concinna, neque congrua esse, minimeque conuenire videantur, pensitatis*, repetat, quae de origine colligendi nobis praebere possint facultatem. At vero, vt praeter caetera constituamus, quidnam spectandum esse putemus, neque de modo, quod iam monuimus, siue de colore et vigore poeseos hoc loco dicamus, neque ea via disseramus, vt ad eas rationes pulchri, decori et elegantis, quas nostra aetas comprobet, res, quas haec Odysseae pars complectitur, examinemus. Etenim si quis ita disputare vellet, vt quaecunque e nostra hodierni temporis sentiendi et cogitandi ratione sensum pulchri et elegantis offendere possent, et parum apta esse atque conuenire viderentur, notanda esse duceret, is profecto in errorem incideret tam grauem et tam periculosum, vt, si peruaIeret, saepenumero pulcherrimae monumentorum veterum literis consignatorum partes, earumque haud raro lumina ac Veneres periclitarentur. Quem si sequeremur Od. Ω. 57 μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ nusquam ineptius hac laude ornari nobis viderentur necesse esset, quum iis, quae antecedunt, [dicuntur enim ob Thetidis et

dearum marinarum plangorem aufugisse *),] hoc plane contradicere videatur. Plane secus est, vbi vsum antiquum respexerimus, quem, omnibus notum, nonnisi eo in memoriam reuocare volo, quod Circe Od. *K.* 394, quanquam praebuerat φάρμακον οὐλόμενον, πότνια vocatur, et Ἐπειοί (Il. *Λ.* 744.) eodem homine celebrantur, quo hic Ἀχαιοί; modo, si e nostra sentiendi ratione argutari velis, pariter inepto. Similiter Od. *Ω.* 294 πολύδωρος ista lege minus aptum haberetur, quam κέδνη vel ἀμύμων, et quae sunt id genus alia; secus statues, vbi v. c. Il. *X.* 82 contuleris.

Quam facile vero sit in hisce rebus labi, si quis non maximo rigore in isto errore euitando perseuerarit, multis exemplis doceri dolendum est. Eo enim abduci se passi sunt *Franciscus Hedelinus* [1]), *Carolus Perraultus* [2]), *Homius* [3]), *Ienischius* [4]) et alii [5]). De tali ratione profecto recte dicta esse puto, quae *Ioannes Müllerus* alicubi iracundus effatur [6]). Tenenda enim

---

*) Vid. *Ω.* 50 sq. coll. 54 Ἴσχεσθ', Ἀργεῖοι, et 57 οἱ δ' ἔσχοντο φόβου.

1) *Franç. Hedelin* Abbé d'Aubignac et Meimac Coniectures academiques, ou dissertation sur l'Iliade. Ouvrage posthume, trouvé dans les recherches d'un savant. A Paris 1715.

2) *Charles Perrault* Parallêle entre les Anciens et Modernes.

3) *Home* (Lords Kaims) Versuch über die Geschichte des Menschen. Pars I. p. 299.

4) *Jenisch* Vorlesungen über die Meisterwerke der griechischen Poesie mit besonderer Hinsicht auf die poetischen Meisterwerke der neueuropäischen Literatur II. T. Berolini 1803. 8. inpr. p. 8. 10. 57. 127 sq.

5) v. c. *Voltaire* Essay sur la poesie épique. *Heyne* in animadv. ad Il. saepius.

6) *Joh. v. Müller's* Werke Tom. VII. p. 159. Epistol. 363: „Nichts ist eitler, als die „„innern Gründe““ die „„höhere Kritik““, wornach Ieder iedem der grofsen Alten ohne einiges Zeugniſs irgend eines Alten ein Buch absprichtt

sunt in tali quaestione verba *Wolfii* V. S.; qui in Proleg. p. 129. „sin autem dubitamus“, inquit, „Homerine id sit, an ab aliis ingeniis, inuitante ipso argumento eorum et ordine fabulae, adscitum, quaestio est eiusmodi, in qua *non, quid poeticis legibus consentaneum, aut poetae honorificum* putemus, spectandum sit, sed quid ex *historicis* et *criticis rationibus* verisimile videatur.“

Haec autem quomodo intelligenda sint ambigi nequit, si consulueris *eiusdem viri* verba Prol. p. 138, et in praef. edit. Hom. a. 1795. (s. p. 25. edit. a. 1804.), quae alio loco, magis idoneo, inseram. Etenim, vt breui defungar, normae instar in hac causa constituendum esse videtur: nulla quidem ratione habita eorum, quae ex hodierna sentiendi et cogitandi ratione sensum pulchri, decori et elegantis offendant, *in modo* pangendi carminis *colorem vigoremque orationis omnemque eius habitum, in rebus* autem *narratis concinnitatem*, et *consilium in iis disponendis et aequabili quadam conformatione temperandis conspicuum, nequaquam esse negligenda.*

In ratione igitur carminis consideranda, quae frigida et ieiuna sunt, quae solemni orationis vigore carent, suspicionem mouent; in rebus, quae neque concinna, neque congrua, neque apta esse temporibus, locis, moribusue, quae non conuenire cum carminis dispositione et conformatione videantur, offensionis opportunitatem recte praebere elucet: vtrumque fit non e legibus, quibus certo tantum tempore, certo loco, a singulis hominibus aliqua vis concessa est; sed quae omni tempore, omni loco, apud omnes homines eandem vim habent, atque habere debent.

„„weil es nun ihm so dünkt“ “; es ist ein recht skandaloser Aberwitz.“

Hac igitur ratione extremam Odysseae partem, siue quasi membratim dissectam, siue omnem integram, considerantes in permultas res incidimus, in quibus nonnihil deprehendimus, quod parum conuenire putamus.

Ac primum quidem de fine rhapsodiae Ψ quaerentes non tantum a veteribus illis multa monita et notata reperimus, sed his etiam nonnulla addere possumus.

Veterum sententiam, praecipue versus a 310 vsque ad 343 spurios declarantem, *Eustathius* ad v. 297 huius rhapsodiae (p. 1948 ed. Rom.) ita exhibet:

— Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης — εἰς τό, ὡς ἐῤῥέθη·

Ἀσπάσιοι λέκτροιο (v. 296)

περατοῦσι τὴν Ὀδύσσειαν· τὰ ἐφεξῆς ἕως τέλους τοῦ βιβλίου νοθεύοντες.

Cui statim suam annectit: Οἱ δὲ τοιοῦτοι πολλὰ τῶν καιριωτάτων περικόπτουσιν, ὥς φασιν οἱ αὐτοῖς ἀντιπίπτοντες· οἷον τὴν εὐθὺς τῶν φθασάντων ῥητορικὴν ἀνακεφαλαίωσιν καὶ τὴν τῆς ὅλης, ὡς εἰπεῖν, Ὀδυσσείας ἐπιτομήν, κ. τ. λ.

De qua re Scholia minora haec referunt: οὐ καλῶς ἠθέτησεν Ἀρίσταρχος τοὺς γ' καὶ λ' (στίχους)· ῥητορικὴν γὰρ πεποίηκεν (ὁ Ποιητής) ἀνακεφαλαίωσιν καὶ ἐπιτομὴν τῆς Ὀδυσσείας.

Similia leguntur apud auctorem incertum περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως §. 20 extr. Hom. ed. *Barnes.* 1711. 4. Tom. I. p. 71.

At vero nihilominus equidem non tantum hanc in breuius contractam errorum Vlyssis narrationem, quae quicquid obloquantur *Eustathius* 7) et

7) Eust. ed. Rom. p. 1949. lin. 16 sqq. — ἀνακεφαλαιοῦται — ἐκ τῶν πρώτων εὐτάκτως ἐλθὼν πρὸς τὰ ἔσχατα, καὶ δείξας κἀνταῦθα, ὡς ἄρα καὶ μετατάσσειν οἶδε πράγματα καὶ περιβλητικῶς τῷ πρωθυστέρῳ τῶν διηγημάτων ἐνευδοκιμεῖν,

Daceria [8]), non habet, quo commendetur, sed omnem, quae verba:

τὼ δ' ἐπεὶ οὖν φιλότητος ἐταρπήτην ἐρατεινῆς

sequitur, confabulationem parum congruam tempori locoque esse existimo. Etenim quam parum apte Vlyssem et Penelopen sermocinantes induxerit poeta, inde patet, quod iam v. 241 sqq. dictum erat:

καί νύ κ' ὀδυρομένοισι φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
εἰ μὴ ἄρ' ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
Νύκτα μὲν ἐν περάτῃ δολιχὴν σχέθεν, Ἠῶ δ' αὖτε
ῥύσατ' ἐπ' Ὠκεανῷ χρυσόθρονον κ. τ. λ.

Quamobrem quo pacto, quum nonnisi miraculosa et diuina Mineruae vi ac virtute effectum fuerit, vt nondum dies tum inciperet nouus, Penelopes recensio eo-

---

ὡς πολλαχοῦ ἐποίει, καὶ αὖ πάλιν κατὰ τάξιν αὐτὰ τιθέναι μεθόδῳ σαφηνείας, ὅτε καιρός, καθὰ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ, πάντα γὰρ νῦν εὐτάκτως ἐπιτρέχει, ὡς πρῶτον Κίκονας δάμασεν, ὡς ἦλθε Λωτοφάγων ἀνδρῶν πίειραν ἄρουραν, κ. τ. λ.

8) Daç. l. l. „Quoique le Lecteur soit instruit, cet abregé n'est pas inutile, et Homère l'a mis *par deux raisons;* la *premiere*, pour nous faire entendre, que le sujet de l'Odyssée n'est pas seulement le retour d'Ulysse à Ithaque et rétablissement de ses affaires, mais qu'il embrasse ses voyages, ses erreurs, tout ce qu'il a vû, tout ce qu'il a souffert, en un mot tout ce qui lui est arrivé depuis son départ de Troye" etc. „et la *seconde*, pour nous remettre devant les yeux toute la suite des avantures de son Heros, car en enchassant ces avantures dans son Poëme, il n'a pas suivi l'ordre naturel ou historique." — „Or ici il remet tout dans l'ordre historique, afin que nous puissions démêler d'un coup d'oeil ce qui fait l'action continuë, et ce qu'embrasse tout le sujet, et distinguer le temps de la durée du Poëme d'avec le temps de la durée de l'action; et c'est pour le Lecteur un soulagement considerable.

rum, quae proci fecerant, et haec Vlyssis tam ingens et praegrandis narratio, vt apud Phaeaces magnam noctis partem posceret, quantumvis hic contracta, congruae et tempori aptae videri possint sane non video [9]).

Pergamus igitur ad rhapsodiam *Ω*, cuius priorem partem quidam veteres, praeter caeteros autem *Aristarchus*, vti spuriam notarunt, quanquam alii, quouis pacto excusantes, Homero eandem vindicare volebant.

Primum quidem omnem huius libri partem, quae priores 204 versus complectitur, ab illis vexatam ab his defensam videmus. Ita enim *Eustathius* (ed. R. p. 1956 lin. 64 et p. 1957 lin. 1 sqq.): *Τούτων δὲ οὕτω προεκτεθειμένων καὶ ἐγνωσμένων, ἤγουν τοῦ ψυχοπομπὸν ἐνταῦθα* (vid. inf. c. III.) *τὸν Ἑρμῆν πεπλάσθαι, τῆς λευκάδος πέτρας* (vid. c. V.), *τῆς νεκυίας* [10]) *καὶ τῶν περὶ αὐτήν, χρὴ μνη-*

---

9) Nolo vrgere, quod Vlysses h. l. *noua* narrauit, vti ipse *Eustathius* (p. 1949 l. 25 sq.) notat: *ἔνθα εἴσιδε πάντας ἑταίρους καὶ μητέρα εἰ καὶ ἐν τοῖς φθάσασιν* (Rh. *Λ*.) *ἐσιγήθη τὸ πάντας αὐτὸν τοὺς ἑταίρους ἰδεῖν.*

10) Nam *διπλῆ* erat, vti *Eustathius* (p. 1950 l. 55 sqq.) notat, huic libro *ἐπιγραφή· σπονδαὶ γάρ, ἡ νεκυία ἐπιγράφεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Τὸ μὲν ἐκ τοῦ τέλους ταύτης, ἔνθα σπονδαὶ τοῖς τε Ἰθακησίοις καὶ τοῖς περὶ τὸν Ὀδυσσέα γίνονται· τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀρχῆς, καθ' ἣν Ἑρμῆς τὰς τῶν μνηστήρων ψυχὰς εἰς ᾅδην κατάγει κ. τ. λ.*

Schol. min. ad *Ω*. 1. *καὶ νεκυομαντείαν μὲν ἄν τις εἰκότως*, notant, *τὴν Λ ῥαψῳδίαν εἶπεν* (*εἴποι*), *νεκυίαν δὲ ταύτην* (*Ω*).

Eustath. p. 1951 l. 50. *ὡς καὶ ἡ πρώτη νεκύα* (*Λ*) *δηλοῖ*, p. 1952 l. 14 *ἡ πρώτη νεκύα* *), p. 1951 l. 64 *καὶ*

---

*) *Eustath* enim ad *Ω*. init. p. 1950 l. 64 — *νεκυίαν, τινὲς μὲν κατὰ τὴν μυῖαν γράφουσι, τινὲς δὲ κατὰ τὴν ὀξύαν τὸ φυτόν.* Idem p. 1670 l. 23 *νεκύα τρισυλλάβως.* Vocab. *τρισυλλάβως* adde Lexicis ex h. l. et *Eust.* p. 1935 l. 21 p. 1686 l. 47, et cod. Harlei. ad Od. *Γ*. 272, et *ἰσοσυλλάβως* e Reg. prosod. III. ad c. libr. de emend. rat. gr. gr. *Hermanni.*

σθῆναι τοῦ λοιποῦ, καὶ ὧν εἰς τὴν νεκυίαν ταύτην ἐπεχείρησαν οἱ παλαιοί, ἣν οἱ μὲν ἐκμοχλεύοντες τῆς ποιήσεως ταύτης, οἱ δὲ συνιστῶντες τοιαῦτα εἶπον, quae *Scholia minora* enarratura haec (ad Ω v. 1) praemittunt: Ἀρίσταρχος ἀθετεῖ τὴν νεκυίαν κεφαλαίοις τοῖς συνεκτικωτάτοις τοῖσδε, quae tum ex *Eustathio* (l. l.), tum ex iisdem secundum nostram rationem disposita recenseamus.

Τίς, φασί, χρεία τοῦ δευτέρου τῆς νεκυίας ἐπεισοδίου; Ap. *Eust.* ἀδέσποτον.

Ἡ λύσις haec est:

Ὅτι αἴτιον ἡ τῆς ποιήσεως πολύφωνος ποικιλία, καὶ ὅτι καὶ ἕτερα παρὰ τῷ Ποιητῇ πολλὰ κεῖνται ὁμοειδῆ, οἷον μονομαχίαι κατὰ πρόκλησιν, καὶ σφαγαὶ κατὰ τύχην ὅμοιαι, καὶ προσώπων μεγαλαυχίαι, ταυτότητα ἔχουσαι. Ap. *eund.*

Quae vero hic de vniuersa hac νεκυίᾳ dixerant, deinde singulorum locorum — alii accusatione confirmare, — alii excusatione debilitare studebant.

Nam ad v. 11 *Eustathius* (p. 1957 l. 7 sq.) monet:

πῶς δέ, φασί, καὶ πέτρα λευκὰς πρὸς τοῖς τοῦ ᾅδου ἀφεγγέσι τόποις;

Ἡ λύσις· ὅτι πρὸς τοῖς ἔτι πεφωτισμένοις μέρεσι κεῖσθαι δεῖ νοεῖν αὐτήν, ὡς καὶ προείρηται (p. 1951 l. 51 sqq.)[11]. *Schol. min.*, quae ita eadem exhibent:

ἀλλ' οὐδὲ ἔοικεν εἰς ᾅδου λευκὴν εἶναι πέτραν, *Aristarcho* tribuunt, et λύσιν adiungunt hanc:

τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν ἐστραμμένα αὐτοῦ λευκαίνεται.

Ad v. 22 sqq. Ἄκαιρος καὶ ἡ Ἀχιλλέως καὶ Ἀγαμέμνονος ὁμιλία. In *Schol. min. Aristarcho* tribuitur.

ἐν τῇ πρώτῃ νεκυίᾳ, p. 1954 l. 33 τῇ ἐνταῦθα μικρᾷ δευτέρᾳ νεκυίᾳ, ead. p. l. 57 ἐν τῇ πρώτῃ νεκυίᾳ, p. 1956 l. 8 τὰ τῆς νεκυίας ταύτης, ead. p. l. 9 ἐν τῇ πρώτῃ καὶ μεγάλῃ νεκυίᾳ p. 1957 l. 12 ἡ πρώτη νεκυία, ead. p. l. 18 τὴν νεκυίαν ταύτην.

11) Vid. quae cap. V. ea de re disserentur.

Ἡ λύσις· εὐκαίρως ἀναπληροῖ τὰ ἀλλαχοῦ παραλειφθέντα. Ibid. Cfr. *Eust.* p. 1380 l. 6.

Ad v. 35—105. *Ἔτι γελοῖον, φασί, μεθ' οὕτω πολὺν χρόνον ἄχνυσθαι τὴν Ἀγαμέμνονος ψυχὴν ὡς προσφάτως θανοῦσαν καὶ τοῖς ἑταίροις συνολοφύρεσθαι.* Ap. *Eustath.* p. 1957 l. 9 sqq. *ἀδέσποτον.*

Ἡ λύσις· ὅτι πρὸς αὐτῷ τῷ θανάτῳ τοιοῦτος ὢν ὁ Ἀγαμέμνων φυλάσσει διὰ τέλους τὸ οὕτω φαίνεσθαι, ταῖς γὰρ ψυχαῖς κατὰ τὸν Ποιητὴν τὰ τῶν ἄνω παθημάτων εἴδωλα καὶ κάτω διηνεκῶς ἐμφαντάζονται, καθὰ καὶ ἡ πρώτη νεκυία ἐδήλωσεν. Ap. *eund.*

Ad v. 49 sq. *Ἄλογον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν νεῶν ἄντικρυ αὐτῶν λέγειν· ὅτι δείσαντες τὰς Νηρηΐδας ἔφυγον ἐπὶ τὰς ναῦς ἀπὸ τοῦ τῶν Μυρμιδόνων ναυστάθμου.* *Schol. min. Aristarcho* tribuunt.

Ad v. 51—57. *Καὶ Ἀγαμέμνων οὐκ ἔγειρε τὴν στρατείαν, ἀλλ' ὁ Νέστωρ.* *Schol. min. Aristarcho* adscribunt.

Ad v. 63—65. *Πῶς δὲ καὶ τὸ σῶμα διέμεινε τοῦ Ἀχιλλέως ἐπὶ τοσαύτας ἡμέρας;*

A Schol. min. Aristarchus dicitur auctor, et *λύσις* additur in iisdem haec: *διὰ τὴν Θέτιν, ὡς καὶ τὸ Πατρόκλου (σῶμα).*

Ad. v. 149. *Πῶς δὲ καὶ Ἀμφιμέδων ἐπίσταται τὴν ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐπιβουλήν;*

Schol. min. ad *Aristarchum* auctorem referunt; *ἡ λύσις· ἐκ τῶν εἰκότων τεκμαίρεται* in iisdem legitur.

Ad v. 191. *Ἀπρεπές, φασί, παρέντα τὸ συμπαθεῖν (τὸν Ἀγαμέμνονα) περὶ τῆς οἰκείας τῷ Ἀμφιμέδοντι τύχης ἐπαινεῖν τὸν Ὀδυσσέα. (Ἡ λύσις) Οὐκ ἀπεοικὸς δὲ διὰ τὸ καὶ τὸν αὐτὸν ὑπὸ τῆς συνοικούσης* (vti *Barnes.* repos. e cod. MS.) *τὰ κάκιστα πεπονθέναι.* *Schol. min.*

Quibus recensitis in *Scholiis minoribus* addita leguntur haec: *Καὶ ἄλλως δὲ ἐκ τῆς κατὰ τὴν στιχοποιΐαν δεινότητος τὸ ποίημα τὸν Ὅμηρον ὁμολογεῖ.*

Eustathius vero, cuius bilem illa omnia mouerant, καὶ τοιαῦτά τινα, proloquitur, παίξαντες οἱ ταῦτα φυλοκρινοῦντες, καὶ ἀπορίαις διασπαράξαντες εἶτα καὶ λύσεσιν οἷον συνουλώσαντες προσίενται ὅμως καὶ τὴν νεκυίαν ταύτην, ἀποδεχόμενοι αὐτῆς καὶ ὅτι τὰ κατὰ τὸν θάνατον τοῦ Ἀχιλλέως διέξεισι, τὸν ἐν Ἰλιάδι σεσιγημένον, καὶ ὅτι ἐπαναλαμβάνει, ὁπόσα τῆς ποιήσεως ταύτης οὐκ ἔφθη ὁ Ποιητὴς ἀνακεφαλαιώσασθαι, τὰ κατὰ τὴν Πηνελόπην δηλαδή, ὡς ἐῤῥέθη, καὶ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως λαθραίαν ἐπάνοδον (ed. Rom. p. 1957 lin. 16 sqq.).

Ad versum rh. Ψ. 297 in eos, qui initium huius libri (Ω) vti spurium reiiciebant, ita inuehitur (p. 1948 lin. 58 sqq.): Εἰ δέ, διότι πολλὰ εὐανασκεύαστα [12]) ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἐφεξῆς ῥαψῳδίας πεποίηνται, διὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὴν Ὀδύσσειαν ἀποτερματίζουσιν, ἔστιν αὐτοῖς στενῶσαι καὶ συσφίγξαι καὶ οἷον σφηκῶσαι τὴν ὅλην ποίησιν ταύτην ἀφελομένοις ἐκ μέσου τοῦ βιβλίου καὶ ὅσα ὁμοίως μυθικὰ καὶ οὐ πιθανὰ ἐν Φαιακίᾳ ἐλαλήθησαν. Εἴποι ἂν οὖν τις, ὅτι Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης, οἱ ῥηθέντες, οὐ τὰ βιβλίον τῆς Ὀδυσσείας, ἀλλ' ἴσως τὰ καίρια ταύτης ἐνταῦθα συντετελέσθαι φασίν.

Profecto parum apte nulla grauioris momenti argumenta opponens, sed in hoc leui acquiescens, duumuiros illos rodere et pungere studet.

---

12) Adde hanc vocem Lexicis, quae has quoque ignorant:
εὐοικονομήτως *Eustath.* p. 1950 l. 25 et saepius.
εὐυπονόητος *Eust.* p. 1521 l. 11.
εὐθεσία Schol, ad Lycophr. v. 22 edit. *Müll.* p. 314. (ap. *Schneid.* dub.).
εὐαπόδεκτος *Schneiderus* dubiae fidei esse putat, et „gern angenommen, werth, lieb" explicat. Occurrit in Tzetz. Exeg. Il. p. 59 ed. *Hermann.* signific. „wahrscheinlich."
εὐμήρης (i. q. εὐμαρής) vti θυμήρης et θυμαρής, vbi perperam legitur θυμάρης (cfr. *Eustath.* p. 1946 l. 35) afferre debuit *Schneiderus.*

Quum autem, quae affert, infra reapse refutentur, in iis oppugnandis hic diu commorari nolo, sed animaduersionibus eorum, quos vituperat, nonnullas adiiciam.

Neque vero in iis, quae v. 15, neque quae v. 19, quamuis sane habeant, quibus nos offendant, haerere lubet, in quorum priore loco τό·

Εὖρον δὲ ψυχὴν κ. τ. λ.

si contuleris cum v. 99.

ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε διάκτορος Ἀργειφόντης,
ψυχὰς μνηστήρων κατάγων,

in posteriore v. 19

ὣς οἱ μὲν περὶ κεῖνον ὁμίλεον

parum aptum esse videtur, sed statim ad v. 49 progrediar.

Nolo quidem, quae *Aristarchus* ad hunc et sq. versum notauit, vrgere, quoniam λύσις cogitari potest, sed quod Graeci tanto timore perculsi fuisse dicuntur ob plangorem Thetidis et Nereidum, vt aufugerent, Myrmidones vero et reliqui Graeci non fugerunt, quum Il. Σ. v. 35 sqq. eaedem appropinquabant [13]).

Praeterea v. 102 offendit, quod Agamemno ab Amphimedontis patre hospitio sese exceptum fuisse dicit, neque vero ab Vlysse, sed si talia ad viuum resecare lu-

13) *Popius* frustra excusare studet (p. 233) his usus verbis: — all the ocean was in a great commotion *as Thetis ascended*, or as Homer expresses it

— βοὴ δ' ἐπὶ πόντον ὀρώρει
θεσπεσίη —

This uproar occasioned their fear; the Greeks were ignorant of the cause of it, and consequently apprehended some dreadful event; etc.

bet, tantum abest, vt ex implicita re nos expedire possimus, vt nouis quasi irretiamur difficultatibus.

Innuo Telemachum Spartae Menelai hospitio exceptum non Icarii, si quidem vere hunc Spartae, vbi e recentiorum scriptorum sententia habitabat, versatum esse e carminibus homericis probari potest, cui rei alibi minus importunum locum assignabo.

Quae *Aristarchus* ad v. 22 sq. de importuna confabulatione Achillis et Agamemnonis obseruasse legitur minime infringuntur excusatione *Eust.* p. 1951 l. 62 sqq. et 1952 l. 1 sqq.) ita dicentis: *ὅτι πρός τε πλατυσμόν, πρός τε παραδοξοποιΐαν, πρός τε ποικιλίαν ποιήσεως τεχνᾶταί τι κἀνταῦθα Ὅμηρος, ὧν καὶ ἐν τῇ πρώτῃ νεκυίᾳ πεποίηκε, καὶ πλάττει ὡς ἐν ἠθοποιΐᾳ εἰδωλοποιητικῇ Ἀχιλλέα τε τὸν αὐτῷ φίλον, ἔτι δὲ καὶ τὸν εὐρυκρείοντα Ἀγαμέμνονα διομιλουμένους*[14] *ἀλλήλοις τὰ εἰκότα βιωτικώτερον· ἐν οἷς ἄλλα τε κατορθοῖ ὁ Ποιητής, καὶ τρωϊκαῖς ἱστορίαις ἀρτύει συνήθως τὴν ποίησιν καὶ μύθοις χρᾶται, ὧν στερουμένη ποίησις οὐκ ἂν εἴη ἔτι ποίησις.*

Ipse enim probe sentit, quantopere haecce legentium animos offendant, quam leuia, importuna, ab homerica grauitate et diuinitate loquendi aliena sint; ipse ille, qui quaeuis quouis pacto excusare, saepenumero etiam defendere, studet, ille, inquam, sentit, atque tantum abest, vt celare aut infitias ire possit, vt profiteri nullo modo dubitet. Haec enim ad finem huius sectionis (p. 1953 l. 43 sqq.) addit: *Τοιαῦτα καὶ τὰ περὶ Ἀχιλλέως ἀφελῶς προηγμένα, ἤδη δὲ καὶ εὐτελῶς καὶ τῆς ὁμηρικῆς μεγαλονοίας οὐκ ἄξια, προσώπων δὲ ποιότητι πρέποντα, οὔτε χαιρόντων καὶ ἐν σκιαῖς εἰδώλων*

---

14) *Διομιλέομαι* ex hoc loco et p. 1948 l. 42 adscribe Lexicis, quae etiam his carent:
διαβιάζομαι Eurip. Iphigen. Taur. 1365 ed. vulg.
διαφώνημα Tzetz. Il. p. 22.
διευκρινημέναις Tzetz. Il. p. 18.

σωζόντων τὴν λογικότητα [15]). Ἔχει δὲ ὅμως ὁ λόγος ἱστορίας φίλας τῷ Ποιητῇ, καὶ λαλεῖ τι ὧν ἐνέλειψεν ἡ Ἰλιάς, τὰ κατὰ τὸν θάνατον δηλαδὴ τοῦ Ἀχιλλέως, εἰ καὶ ἀτόνως γέγραπται καὶ ἐπελευστικῶς [16]), καὶ ὡς οὐκ ἂν ἐν Ἰλιάδι πεποίηκεν Ὅμηρος, μεγαλοπρεπῆ γὰρ ἐκεῖ τὰ πάντα καὶ ὄντως ἡρωϊκά. Καὶ ἴσως πάνυ φιλοτιμησάμενος κατὰ τὸν ἐκεῖ ἐπιτάφιον ὁ Ποιητὴς ὤκνησεν ἐνταῦθα ἐγχειρῆ-

---

15) Λογικότης addatur Lexicis.

16) Hoc adverb. add. Lexicis, quae augeri possunt hisce:
ἐπεγκελεύω Eurip. Cyclop. 652.
ἐπεξεργασία Tzetz. Il. p. 21 (*Schaefer*. iam notau. Dionys. de compos. verb. p. 343 not.).
ἐπείπω (ad form. τῶν ἐξέπω, ἐνέπω) Tzetz. Il. p. 25. Schneid. obiter tantum commemorat. ad v. ἔπειπε.
ἐπέραστος Lucian. Dialog. mort. XXII.
ἐπεργαστικός Tzetz. Il. p. 18.
ἐπήριτος. *Schneider*. dub. accens. exhibet Eustath. p. 1962. l. 7. et vocabulo περιμάχητος explicat, rectius ex eiusdem sententia foret ἐπήριστος ib. l. 11.
ἐπιδαύραξ Draco Straton. p. 19 Reg. pros. ad l. Hermanni de Emend. rat. gr. gr. nr. 63.
ἐπικόσμησις Tzetz. ad Iliad. p. 27.
ἐπικύλιον Eustath. p. 1951 l. 20 sq. οἱ δὲ παλαιοί φασι, ὅτι κύλα κατὰ Εὐθύδημον τὰ ἐν τῷ κάτω βλεφάρῳ μικρὰ ἀνατρέχοντα ἐν τῷ μύειν, τὰ δὲ ἐν τῷ ἄνω ἐπικύλιον.
ἐπιλέγδην adverb. Eustath. p. 1956 l. 34.
ἐπιπόρευσις Tzetz. Il. p. 84.
ἐπιστρεπτικῶς Eustath. p. 1956 l. 49.
ἐπιτυπόω Tzetz. Il. p. 20.
ἐποκλάζω id. ib. p. 15.
ἐφερμήνευσις id. ib. p. 142 (ita enim refingendum est).
ἐφολκή id. ib. p. 27.
Vocabulum „ἐπί" corrige in scholiis min. ad Od. Λ 265, et lege: ὁ δὲ Ζεὺς λέγων αὐτῇ (τῇ Ἀλκμήνῃ) πάντα ὅσα ἐγένετο δίδωσι καὶ τὸ καρχήσιον, — — — ἡ δὲ ἀσμένως ἀποτίθησιν. Ἔπειτα αὐτῇ συνευνασθεὶς ὁ Ζεὺς ἀπέρχεται, καὶ τῇ αὐτῇ παραγενόμενος νυκτὶ Ἀμφιτρύων μίσγεται. Vulg. ἐπὶ ταύτῃ.

σαι ποιῆσαί τι ὅμοιον. Ἴσως μὲν ἵνα μὴ καὶ ἄκων εἰς ἀκαίρους ταυτολογίας ἐμπέσῃ, ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐνταῦθα κρειττόνως φράσαι τὰ πράγματα, ἤπερ ἐκεῖ. Ὁ δὲ τοῦ Νέστορος ἔπαινος [17]), καὶ ἡ τῆς Θέτιδος καὶ τῶν Νηρηΐδων ἔλευσις [18]), καὶ αἱ τῶν ζώων σφαγαί [19]), καὶ τὸ περὶ ἀλείφατος καὶ μέλιτος [20]), καὶ τὸ πολλοὺς περὶ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως πυρὰν Ἀχαιοὺς ἥρωας τεύχεσι ῥώσασθαι [21]), ἤτοι ἐῤῥωμένως κινηθῆναι, καὶ τὰ κατὰ τὸν χρύσεον ἀμφιφορῆα [22]), καὶ ἡ περίοπτος τοῦ Ἀχιλλέως τύμβευσις [23]), ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἰλιάδα σποράδην [24]) κειμένων ἐνταῦθα εἰς ἓν εἵλκυσται. Ipse adeo *Popius*, qui maximo studio genuinam et vere homericam esse hanc extremam partem demonstrare vult, non potuit non ingenue profiteri (p. 240), quae adiiciamus:

„Besides, *this whole infernal interview is merely ornamental*, which the poet was at liberty to insert or omit according to his judgment, without breaking the thread of the principal action; *it might therefore be wished, that he had substituted some other incident in the room of it, and given a greater diversity to the story*" etc.

„The poet seems to introduce the descent for the information of the dead rather than the living; Agame-

---

17) Il. *Β*. 554 sq. *Θ*. 194 (coll. 196 sq.). *Ι*. 94. *Χ*. 627 praepr. *Δ*. 371 sqq.

18) Il. *Σ*. 35 sqq.

19) Il. *Ψ*. 166. 171—174.

20) Il. *Ψ*. 170.

21) Il. *Ψ*. 12—26. *Ω*. 14—17 (resp. 129 sqq., vbi non de certam. sermo est).

22) Il. *Ψ*. 92. 243. 253.

23) Il. *Ψ*. 245. 255. Caeterum adscribe h. v. Lexicis.

24) Adde haec vocabula Lexicis:
παρασποράδην Tzetz. Il. p. 5.
παραιχμαλωτεύω Tzetz. Il. p. 81.
παρακνημοῦμαι ex Hippon. Fragm. ap. Tzetz. Il. p. 79.

mnon is told how the suitors were destroyed by Ulysses; and Achilles how nobly the Greeks performed his funeral obsequies; *incidents that very little contribute to the story of the Odyssey. In ſhort, the main action stands* still during this whole episode, which takes up almost half the book, and the latter part of the episode presents no new object to amuse and entertain us. But,

— — „Cynthius aurem
Vellit" — —

I betray my own want of judgment, rather than discover Homer's errours. *I will only add*, that the reader will be fully convinced, *that this whole episode may be omitted*, by observing how well the story will be carried on with a regular connection by beginning the book with these words,

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο, etc.

So that if I could in any part subscribe to the opinion of Aristarchus for the rejection of this book, it should be only for the former part of it, but I am persuaded from the nobleneſs of the verses, that the whole is genuine."

Schneideri sententiam de hac XXIV libri parte iam supra (p. 10. 11) cognouimus.

Iam hanc *νεκυίαν* omnem omnino contemplati, male nos seuocatos sentimus a serie narrationis et animi pendemus, Vlyssi anxie timentes, quem ad periculum, vltimum quidem in patria, grauissimum vero, egressum animo sequebamur. Seuocamur autem nunc ad inferorum sedem, ad quam Mercurius procorum occisorum vmbras ducit [25]), videmus ibi turbam mortuorum, audimus confabulantes anili fere loquacitate Achillem et Agamemnonem [26]); tandem, post male repetitam for-

---

25) Ω. 1—15. 99. sqq.
26) ib. 23—97.

mulam, perquam frequentem, accedunt vmbrae procorum, e quorum numero Agamemno iuuenem aliquem, quem ante viginti annos viderat puerulum [27]), agnoscens alloquitur, qui ipsi roganti tam obscure caedis historiam enarrat, vt, qui eam supra non legerit, hoc loco perspicere nequeat [28]). Quibus omnibus tarde perfectis post eandem male repetitam formulam, tandem, quod diu iamiam anxie exspectans flagitabat animus noster, ad Vlyssem et eius comites reducimur [29]).

Quid inde suauitatis, quid delinimenti ortum est, quod poeta tantopere nos ab eo remouit, ad quem semper respicientes, lumina huius narrationis, si qua insunt animaduertere vix ac ne vix quidem possumus?

At fortasse necessaria fuit haec narrationis intercapedo, quam vtilem dulcemue esse negas? Audio. At vero quo pacto necessaria censeri possit haec intercapedo, quum nihil sit, quod eam flagitet, non video.

Primum enim ita defendi nequit, vt dicas Homerum solere, vbi sermo sit de intinere, quod aliquis, siue deus siue homo, ingressus sit, internectere alia nonnulla, aliquantulum aliena, et seiuncta ab eo, et loco, et homine deoue, cuius mentio facta sit, vt ita, si post aliquod interuallum ad eundem reuersus fuerit, eumque aduenisse dicat, quodammodo remotus loci situs, temporisque spatium imitando expressa videantur [30]). Nam partim saepissime hoc, sane suaue, artificium non ani-

---

27) ib. 102—119.

28) ib. 167 sqq.

29) ib. 205 sqq.

30) v. c. Il. *Α*. v. 308—312 coll. v. 430 sqq., qui locus exhibet itineris initium finemque ab Vlysse facti, vt reddat Chrysae patri filiam, inserta est narratio varia. Od. *Π*. 341 coll. 452, vbi Eumaeus ex vrbe domum rediisse, *N*. 439 coll. *O*. 1, vbi Minerua ex Ithaca insula Pylum abiisse dicitur. *Z*. 316 al.

maduertitur [31]), quia plerumque adhibetur, aut vbi de longo itinere sermo est, aut necessario res inseri debent, quae prius seriusue insertae male locatae forent [32]); partim vero minime in hunc locum cadere potest, quum neque ullo pacto tam ingenti intercapedine opus fuerit, neque res inserantur, quae necessario vinculo cum narrationis serie cohaereant. Haud vero ad v. 489—495 (de loco 472 — 488 infra monebitur,) prouocare licet, vbi narrationi de egressis Ithacensibus, Laërtae domum petentibus, nonnulla interponuntur, quippe quae aut huic loco interiicienda aut plane reticenda erant.

Deinde vero haud necessariam esse posse hanc narrationem, quam impedientem et audientium exspectationi molestam esse iam declaraui, clarius perspicietur, vbi eam multa, quae illius aeui notionibus de rebus divinis, geographicis aliisque aduersentur, complecti, et ratione ab homerica longe diuersa compositam esse viderimus.

Restat, vt ad extremam partem progrediamur, quae versus huius libri a CCV vsque ad vltimum amplectitur.

Continet haec *ἀναγνωρισμόν*, siue narrationem, quae Vlyssem a Laërte patre recognitum exhibet. Veteres, de quibus Eustathius p. 1948 lin. 51 sqq. haec profitetur: *οἱ δὲ τοιοῦτοι πολλὰ τῶν καιριωτάτων περικόπτουσιν, ὧς φα-*

---

31) Il. *Γ*. 263 sqq. 313 sqq. Od. *B*. extr. *Γ*. in., vbi Ithaca Pylum proficiscitur Telemachus, et *Γ*. extr. vbi Pylo Spartam; *Δ*. extr. vbi proci Asterida petunt. *E*. 150 sq. vbi in remotam insulae regionem Calypso abit, cfr. ib. etiam 192 sqq. 258 sq. 475. *Z*. 84 sq. *N*. 81 sq. *Ξ*. init. *O*. 184. *P*. 25 sqq. De deo deaque vid. *A*. 100 sqq. *E*. 50. 55.

32) Plerumque enim animaduertitur, vbi necessario, ne plane disiiciantur et disturbentur narrationis series et nexus fieri debuit. Cfr. Od. *N*. 125—160. *O*. 296—300 coll. 495 sq. ib. 553 coll. *Π*. 321. *O*. 555—fin. et *Π*. 12.

σιν, οἱ αὐτοῖς ἀντιπίπτοντες (lin. 55 sqq.) *καὶ τὸν ἀναγνωρισμὸν Ὀδυσσέως, τὸν πρὸς τὸν Λαέρτην, καὶ τὰ ἐκεῖ θαυμασίως πλεττόμενα, καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα*, profecto non temere eam notasse putandi sunt, quum si vel solum respexerimus, quid conueniat, plura insint, quibus offendamur.

Ac primum quidem, quod Vlysses patrem tentat, quum quo consilio fecerit, perspici non possit. Neque enim, vt plane inepta Eustathii verba (p. 1958 lin. 19 sqq.) mittam: *ὅτι καθάπαξ*, dicentis, *ὁ Ὀδυσσεὺς γλυκανθεὶς τῇ τῶν οἰκείων ἀποπείρᾳ, οὐδὲ τῷ πατρὶ αὐτόθεν ἐθέλει ἀπεριέργως γνωρισθῆναι, μεθοδεύσας δὲ διάπειραν σχεῖν καὶ αὐτοῦ, τοὺς μὲν ἀμφ' αὐτὸν στέλλει κ. τ. λ.*, neque enim, inquam, Vlysses hoc fecisse putari potest, vt inde comperiat et videat pristino amore etiamnum a sene filium amari, neque, quod addere possis, vt ita prohibeat, quominus repentinum nimiumque gaudium senem conficiat. Illo enim dolo, quo in exploranda seruorum seruarumque, ipsius adeo vxoris, ratione sentiendi caute ac circumspecte vsum esse Vlyssem defendi bene potest, hic prorsus non opus erat, quum et pater sit, et prae dolore et desiderio filii iam fere emori eum Vlysses comperisset. Haud magis probare possum, quam *Eustathius* instituit excusandi viam, qui consulto, ne nimium et repentinum gaudium illi infirmo seni noceat, haec facta esse censet[33]);

33) p. 1959 l. 18 sqq.) *Οὐ μάτην ἀποπειρασάμενος, ἀλλ' ἐπ' ἀγαθῷ, προμηθέστατα γὰρ Ὀδυσσεὺς οὐκ εὐθὺς ἑαυτὸν ἀναγνωρίζει τῷ πατρί, μή ποτε τῷ αἰφνιδίῳ τῆς χαρᾶς ἀποσβῇ ὁ γέρων,*

„σμικρὰ γάρ“, τραγικῶς εἰπεῖν, „παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή“ (Sophocl. Oed. Tyr. v. 961.),

τοῦτ' ἔστι βραχεῖά τις ἀφορμὴ λύπης, τυχὸν ἢ χαρᾶς ἢ φόβου, ἐκλείπειν ποιεῖ, ἐπεί τοι καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦ Ὀδυσσέως ἀναγνωρισθέντος λύτο αὐτόθι

neque *Popii* ratio explicandi placet [34]). Quo enim pacto personatus Vlysses patri Vlyssem filium iam ante quinque annos Alybante profectum esse enarrans, atque inde acerrimum dolorem huic seni ciens (Ω. 316 sqq.), dum vero hic miserrime conqueritur repente prosiliens, et semet ipsum adesse illum desideratissimum clamans prudens et cautus nobis videri potest?

γούνατα καὶ φίλον ἦτορ
τῷ γέροντι;

σήματ' ἀναγνόντι, τά οἱ ἔμπεδα πέφραδ' Ὀδυσσεύς,

καὶ μικροῦ ἀπέψυξεν ἄν κ. τ. λ. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἀφίησι τὸν πατέρα τῇ ἀναμνήσει συγχεθῆναι τοσοῦτον, ὥστε αὐτὸν ἄχεος — φησί — νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα κ. τ. λ.

Καὶ οὕτως ὁ τοῦ παιδὸς ἀναγνωρισμός, πάνυ διαχυτικὸς ὤν, καὶ πολλὴν ῥοπὴν τῷ παλαιῷ σώματι δούς, ὅμως οὐκ ἔσχε καὶ εὐνάσαι αὐτὸν κατεργασάμενος, ἀλλ' ἐπαναγαγὼν ἐκ τῆς ἄγαν λύπης, οὐκ ἐξίσχυσε καὶ κακόν τι τῷ σφοδρῷ τῆς ἡδονῆς συνεργάσασθαι, ἀλλ' ἐξ ἀκροτήτων ἤγαγεν εἰς μεσότητα καὶ συγκεράσας μετρίως εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς κατὰ φύσιν ἀποκατέστησε. Προμηθέστατα οὖν, ὡς εἴρηται, ποιεῖ Ὀδυσσεὺς τὸν ἀναγνωρισμόν, δὶ ὃ καὶ ὁ Ποιητὴς ἐπεσημήνατο, ὡς κέρδιον εἶναι τῷ Ὀδυσσεῖ ἐκρίθη

— κερτομίοις ἐπέεσσι πειρηθῆναι,

καὶ ἐν τῷ τέλει δὲ τοῦ λόγου, ὅτε τὸν τεράστιον ὄλεθρον τῶν μνηστήρων καταλέγει, σὲ δὲ χρή, φησί, τετλάμεν ἔμπης, ἵνα μή τι πάθῃς τῇ ἔκτος δηλαδὴ καὶ παρ' ἐλπίδας χαρᾷ. Τοῦτο δὴ τὸ Σοφόκλειον.

34) *Popius* l. l. p. 246 haec: Eusthathius solves the former obiection by saying that Ulysses delayed the discovery, lest the suddeneſs of joy ſhould prove fatal to Laertes. But Homer indoubtedly paints according to nature; Vlysses bursts into tears at the sight of his father, yet restrains them, and tries if after twenty years absence he was known by him, as it were, present at the interview, and impatient, to hear the manner of the discovery: besides, this *procedure excellently agrees with the general character of Ulysses*, who is upon all emergencies master of his passions, and remarkable

Quam longe alia ratione et longe meliore Penelopae narrationem fingit, et proxime apparriturum esse maritum affirmat! — Quam longe cautius, ne dicam benignius, mentitur Eumaeo seruo, quam patri, seni prae dolore filiique desiderio iam semimortuo! Praeterea vrgeo tali tam inficeta et inepta ratione et narratione tantum temporis consumi, quum hostium turba exspectetur, animo maxime exacerbato irruentium. Insulsa enim fere est *Eustathii* observatio (p. 1962 l. 41 sqq.), breuitatem loquendi hisce verbis celebrantis: *ὅτι δεικνὺς ὁ Ποιητής, ὡς ἐν καιρῷ κατεπείγοντι βραχυλογεῖν χρή, δυσὶ στίχοις ἐνταῦθα περιλαμβάνει τὰ κατὰ τοὺς μνηστῆρας, ἔνθα πλάσας εἰπόντα τὸν Ὀδυσσέα, ὅτι*

μνηστῆρας κατέπεφνον κ. τ. λ,

προστίθησι καὶ τὴν τῆς ἄγαν συντομίας αἰτίαν, φάμενος·

ἐκ γάρ τοι ἐρέω κ. τ. λ.

Τοῦτο δὲ ἢ διὰ τὸ καραδοκεῖσθαι πόλεμον ἐκ τῶν Ἰθακησίων αὐτίκα νῦν, ἢ καὶ διότι αὐτὸς ὁ Ποιητὴς σπεύδει τελευτὴν ἤδη ἐπιθεῖναι οἷς ἐνταῦθα ποιεῖ.

Minime igitur sensit quantopere, quae antecesserant, huic laudi officiant! —

Hic post molestam animosque audientiam offendentem intercapedinem profecto est, quod sentiamus, neque tam de Penelopes, quam de hoc Laërtae *ἀναγνωρισμῷ* dicamus, quae Eustathius p. 1940 l. 15 sq. profert *ἔστιν οὖν ἀστεῖον εἰπεῖν ὡς μικροῦ δεῖν συντομώτερον ἔσχε τὴν μνηστηροκτονίαν κατεργάσασθαι Ὀδυσσεύς, ἢ τὸν ἀναγνωρισμόν.*

---

for disguise and an artful dissimulation; this disguise has a very happy effect in this place, it holds us in a pleasing suspence, and makes us wait with attention to see the issue of the interview.

At quam longe aliam rationem probauit idem Vlysses in exploranda vxoris et seruorum voluntate!

Praeterea non plane negligenda esse videntur, primum, quod non commemoratur ἀναγνωρισμός τις anus illius Siculae, quae neque mirata, neque gauisa est de reditu Vlyssis; deinde, quod δμῶες, quorum v. 223 mentio facta est [35]), postea non apparent, quod *Eustathius*, qui p. 1965 l. 3 sqq. bene animaduertit et laudauit [36]) curam poetae Dolii filios commemorantis, silentio praeteriit, vbi enim ad pugnam egrediuntur Vlysses et Laërtes cum suis, nonnisi sex filii adsunt Dolii illius [37]): porro, quod Ithacenses statim in agrum commigrant, vt Vlyssem adoriantur, nam vnde eum ibi versari norint, perspici nequit. Accedit, quod maxime importunum mendacium Vlyssis v. 395 sq. coll. 386 deprehendimus, quod male affecerit omnes necesse est. Denique, ne quid minutarum harum obseruationum omittam, quonam modo v. 491 filius ille Dolii nosse potuerit, quosnam intelligeret Vlysses, quum de rebus minus necessariis diu multumque dictum fuerit, haud vero de hac maxime necessaria, et praeprimis vrgente, non intelligo, nisi artificio isto veteribus λυτικοῖς vbiuis placente, quo κατὰ τὸ σιωπώμενον, quaecunque non commemorantur, intelligenda esse volunt.

Superest, vt de loco v. 472—488 moneam, quo me offensum esse iam supra declaraui.

Conueniunt Ithacenses armati, filiorum internecionem vlcisci volunt, atque iam ex vrbe proruunt, vt

---

35) οὐδ' εὗρεν Δολίον — —
οὐδέ τινα δμώων, —

36) οὓς καὶ αὐτοὺς ἐπίτηδες ὁ Ποιητὴς προεκτίθεται διὰ τὸ εἰσέπειτα χρήσιμον. Χρείαν γὰρ ἔχει καὶ αὐτῶν διὰ πληθυσμόν, εἰς τὴν ἐφεξῆς τῶν πολιτῶν ἐπέλευσιν.

37) v. 497.
τέσσαρες ἀμφ' Ὀδυσῆ, ἓξ δ' υἱέες οἱ Δολίοιο κ. τ. λ.
ita enim legendum esse opinor.

Vlyssem trucident; „sed Minerua ita alloquitur Iouem patrem: „„Vtrum bellum parabis, an pacem?““ — atque vbi ille responderat pacem se componere velle, illa abit ex Olympo.

Bene quidem noui egregium delinimentum carminibus suis Homerum, quo nomine quid intelligam patet, immiscuisse et conciliasse eo, quod interdum subitaneo deorum auxilio vtitur, vt heroës seruet iuuetue, hostesque reprimat, in hac autem, quam modo notaui, ratione me aliquid offensionis reperisse infitias ire nequeo.

Non quidem esset, quod nos offenderet, si subito aduolaret Minerua, et praesto esset Vlyssi; non, si Iupiter ipse Ithacenses deterreret, emisso fulmine; non, si post aliquot versuum interuallum ad concionem Deorum nós a poeta traductos sentiremus, qui de Vlysse, et eius fatis futuris, vel praesenti periculo, statuerent; sed verba

τοῖσιν δ' Εὐπείθης ἡγήσατο νηπιέῃσιν·
φῆ δ' ὅγε τίσεσθαι παιδὸς φόνον· οὐδ' ἄρ' ἔμελλεν
ἂψ ἀπονοστήσειν, ἀλλ' αὐτοῦ πότμον ἐφέψειν.

statim excipiunt haec:

αὐτὰρ Ἀθηναίη Ζῆνα Κρονίωνα προσηύδα·
Ὦ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
εἰπέ μοι εἰρομένῃ· τί νύ τοι νόος ἔνδοθι κεύθει;
ἢ προτέρω πόλεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνὴν
τεύξεις, ἢ φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι τίθησθα;
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
τέκνον ἐμόν, τί με ταῦτα διείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς;
οὐ γὰρ δὴ τοῦτον μὲν ἐβούλευσας νόον αὐτή,
ὡς ἤτοι κείνους Ὀδυσεὺς ἀποτίσεται ἐλθών;
ἔρξον, ὅπως ἐθέλεις· ἐρέω δέ τοι, ὡς ἐπέοικεν.
ἐπειδὴ μνηστῆρας ἐτίσατο δῖος Ὀδυσσεύς,
ὅρκια πιστὰ ταμόντες, ὁ μὲν βασιλευέτω αἰεί·
ἡμεῖς δ' αὖ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο

ἔκλησιν θέωμεν· τοὶ δ᾽ ἀλλήλους φιλεόντων,
ὡς τὸ πάρος· πλοῦτος δὲ καὶ εἰρήνη ἅλις ἔστω.
Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην·
βῆ δὲ κατ᾽ Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα.

Non igitur deterret Iupiter Ithacenses, sed fulmen mittit v. 539sq., vt iram et furorem Vlyssis coërceat, non Vlyssis aut Ithacensium victoria fatali lance constituitur, sed confabulatur cum patre Minerua, vtrum bellum an pacem malit, interrogans; non ornatiore vtens poeta ad concionem deorum nos ducit, quod vbi maxime concisa et angusta oratione defungitur animaduertere licet Il. *E.* 711 et *H.* 443; non ipsius poetae quasi interlocutoris leni fascinatione nos transuectos esse ad superos videmus: sed praefracta et horrida oratione ad Olympum abripimur, in concionem deorum mire sermocinantium, ne dicam garrientium, ita, vt profecto sit, quod paene rectius hunc modum in ingenium auctoris Batrachomyomachiae cadere censeas, quam in auctorem, quem vulgo sumunt Iliadis et Odysseae [38]).

38) Longe secus de hoc loco statuit *Popius* in l. l. p. 257 „Homer", dicens, „*to give importance* to the conclusive action of his poem, introduces Jupiter and Minerva in debate about the event of it. At the beginning of the Odyssey he describes the gods in consultation for the re-establishment of Ulysses: in the conclusion of it, we see Jupiter himself rewarding the virtue and bravery of Ulysses and decreeing him to reign in peace and tranquillity. This is carried on with great judgment: we are fully satisfied that the action of the Odyssey is compleated in the happiness of the hero, when we hear Jupiter giving his sanction to it. Besides, it leaves a noble image of the greatness of Ulysses, and of the whole story of the Odyssey, upon the reader's mind, when we see it is of such weight as to engage Jupiter in its favour." —

At modum praeprimis vitupero, quo deos introduxit; sed infra hunc locum hoc respectu examinaturus iam missum facio.

CAP. II.

Sequitur argumentum *e ritibus veterum* petitum, quo veterum aliquis, non enim nomen additur, vsus esse perhibetur.

Ω. v. 61 *Θρήνεον.*

Haec ad hunc versum exhibet *Eustathius* p. 1957, l. 12 sqq. ed. Rom. Ἔτι μέμφονται τὸ τὰς Μούσας αὐτὰς παρεῖναι τῷ θρήνῳ τοῦ Ἀχιλλέως, ὡς πρὸ ὀλίγων δεδήλωται (p. 1953), οὐχ ἑλληνικὸν γάρ φασι τοῦτόγε, ἀλλὰ βαρβαρικόν. Διὸ ὁ Ἕκτορι μὲν παρακάθηνται θρήνων ἀοιδοί, οὐ μὴν καὶ Πατρόκλῳ τῷ πάνυ κλαυσθέντι τοῖς Ἀχαιοῖς.

Consentiunt cum hisce, quae *Eustathius* ad Il. Ω. v. 721 (p. 1372 lin. 26 sqq.) annotauit: βαρβαρικὸν δὲ καὶ οἱ τῶν θρήνων ἔξαρχοι ἀοιδοί, ἦσαν γὰρ καὶ ᾠδαὶ θρηνητήριοι [1]), ὁποῖα ὕστερον καὶ τὰ λεγόμενα μέλη καρικά, καὶ οἱ ἑλληνικοὶ δὲ ἔλεγοι [2]), — — — ᾔδοντο. Quodammodo etiam auctorem vitae Homericae (ed. Gale opusc. myth. p. 361) offendit, quem locum feliciter correxit *Toupius* in Emendat. ad Suid. II. p. 196; vtrumque egregia *Boettigeri* humanitas mihi indicauit.

Reperimus hunc ritum apud Romanes, qui *tessum* vocabant et *praeficas* conducebant, quae lugubri voce praeirent naeniamque cantarent, qua de re testis est lo-

1) Adde Lexicis.

2) Voc. ἐλεγειογράφος, quod a Lexicis abesse iam docuit *Schaeferus* ad Dionys. de compos. verb. p. 389, legitur etiam ap. Tzetz. ad Il. p. 150; adde similia
ἡρωογράφος Tzetz. Il. p. 29. p. 151.
κυκλογράφος id. ib. p. 150.
λεξιγράφος id. ib. p. 72.
σχεδογραφικός id. ib. p. 114 bis.
ψευδοσυγγραφεῖν id. ib. p. 146.

cuples *Kirchmannus* de funerib. Roman. Lubec. 1637. L. II. c. VI. s. p. 147—155.

De Hebraeorum praeficis cfr. Mart. *Geier* de Ebraeorum luctu lugentiumque ritibus. C. VI. §. 16—19. cap. XXII. §. 7. De Persis vid. Drus. obseruat. sacr. XII. c. 1. De Mysis et Phrygibus ad locum Aeschyli Pers. 1055

καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον

haec Schol. not. *οἱ γὰρ Μυσοὶ καὶ οἱ Φρύγες μάλιστά εἰσι θρηνητικοί.*

In hos populos sane rectius cadit, quam in cultiores Graecos, quorum mores magis temperati et compositi erant. Quanquam enim lessus, quem postea ab his populis sine dubio receperunt, serioribus temporibus apud eos fere plane in morem vulgatum abiisse videtur, quod v. c. Aesop. fab. CXXII. Lucian. de luctu 20 (Tom. II. p. 932) et Dial. mort. X. 12 (Tom. I. p. 375 ed. Reitz.) et vocabulorum θρῆνος, θρηνεῖν, θρηνῳδεῖν etc. ἰάλεμος, ἰήλεμος, ἰαλεμίζειν, ἰηλεμίζειν etc. vsus frequens (ad solos tragicos prouocasse fere sufficit) docent; tamen antiquissimo illo aeuo, quod nobis respiciendum est, nondum receptus fuisse videtur.

Locus de Patroclo, ad quem miro modo auctor illius accusationis (ap. Eustath. p. 1357 lin. 12 sq.) prouocat, repugnare videtur, ibi enim Briseïda lugubri carmine praeeuntem et reliquas, quae ibi aderant, foeminas vere lessum facientes videmus Il. *Τ*. v. 282—302.

Hoc vero quomodo explicari possit, quum foeminae sint captiuae, eaedemque barbarae, apparet. Etenim, quae Iul. Pollux lib. IV. c. X, et Hesychius s. v. *Καρῖναι*, Suidas s. v. *καρικῇ Μούσῃ* tradunt, et Scaliger in Coniect. ad Varron. de ling. lat. l. VI. c. III. s. fin., atque Erasmus in Adag. s. v. *Carica Musa* afferunt, a Phrygibus Caribusue hunc lugendi modum praeprimis exercitatum esse docent, et, si fides est iis, quae Acro ad

Horat. Carm. II. Od. 1. refert, e Graecis Simonides primus instituit naeniam.

Sed haud exiguo librorum numero frustra peruolutato, iam eo perueni, vt omnem hanc rem perquam obscuram adhuc esse intelligam; atque iccirco hac re sola, si aliae deessent, confisus huic parti nobilem aeui homerici aeruginem, vt a re numaria verbum mutuer, inesse haud negauerim.

CAP. III.

Pergamus igitur ad ea argumenta, quae e *μύθων veterum modo*, et eius contemplatione, ex *opinionibus de diis, rebusque diuinis, earumque ratione*, aut congrua et concinna, aut diuersa et discrepante repeti possunt.

Ingens quidem est μύθων veterum varietas, quam de vno eodemque numine siue heroë animaduertimus, ita, vt argumenta ex iis petita nonnullis fortasse periclitari, qui vero iis in diiudicandis veterum monumentis vti velint, temeritatis crimine notandi esse videantur.

At vero quae simplex initio staminis instar adfuerat opinio, subinde tam variis amplificata est additamentis, atque tam diuersis exornata coloribus, vt a prisca simplicitate mirum quantum recederet; vnde factum esse putamus, vt, etiamsi apud recentiores et recentissimos veterum scriptores interdum nonnihil discriminis in hoc genere reperiatur, tamen quo quis antiquior sit, eo simplicior appareat opinio, eoque rariores in eo animaduertantur discrepantiae.

Rectissime igitur, vti supra monui, *Schlegelius* in geogr. hom. p. 189 propter discrepantem mythorum tractandorum rationem hunc librum maxime suspectum esse dixit,

Ne quis igitur miretur, nos minimam antiquissimo vati concedere discrepantiam et differentiam, minimeque putare, eum vel leuiuscule recedere posse et a nonnullis rebus, quas commemorarit, et a modo, quo earum fecerit mentionem. Non enim ad seriores auctores, omnium vero minime ad nostrae aetatis et poetarum et poetillarum siue exempla siue vitia prouocare licet, qui minime dubitant sencenties pugnantia loqui, nam „*tale quid*“, vt *Wolfii* verba (Proleg. p. 134. n. 99.) in vsum meum conuertam, „*tale quid*“ inquam, *excidere potest recentiori poetae, fabulas operose colligenti, non ἀοιδῷ, qui in hac doctrina habitat.*

Ω. 1. *Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο.*

Mercurium *Κυλλήνιον* dictum esse *ἀπὸ Κυλλήνης*; *ἥτις ὄρος ἐστὶν Ἀρκαδίας* (Eustath. ad h. l. p. 1951 lin. 15 sqq.) [1]) notissimum est, non minus quam Cyllenii nomen apud scriptores latinos pariter atque apud graecos maxime frequentatum esse.

Apollonius autem Soph. in Lex. hom. (s. h. v.) *τῶν ἅπαξ εἰρημένων* h. v. esse dicit. Verissime *Villoisonius* haec ibi monuit: „Occurrit praeterea in Iliade *O.* 518 citante etiam Strabone l. 8, sed non est Mercurii epithetum“. Rectius igitur quam Apollonius eloquutus est sententiam Aristarchus, quam Schol. min. sic exhibent: *Κυλλήνιος δὲ οὐδαμοῦ εἴρηται, εἰ μὴ ἅπαξ* (h. l.). *Λυτικῶν* aliquis, siue auctor ipse huius scholii regerit: *οὐκ ἔξω λόγου, καὶ σῶκος καὶ ἐήϊος* (leg. *ἤϊος*) *Ἀπόλλων.*

Κυλλήνης ὄρος Il. *B.* 603 occurrit; inde vero, vti ex *O.* l. l. nihil doceri poterit, quam commemorari hunc montem, neutiquam vero Mercurium Cyllenii nomine ornari. Neque enim tam in hoc nomine, a monte quo-

1) Alias huius nominis causas affert *Festus*, minus vero probabiles.

dam Arcadiae repetito, aliqua suspicionis opportunitas inest, quam in eo, quod hoc vno tantum loco Ἑρμῆς [2]) Κυλλήνιος dicitur, cognomine inter multa, quibus ille deus in reliquis carminum homericorum partibus ornatur non obuio.

Ω. v. 63—65. Ἑπτὰ δὲ καὶ δέκα μέν σε ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ
κλαίομεν, — —
ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἔδομεν πυρί.

Ad h. v. Eustathius (p. 1957 l. 14 sqq.) haec refert: καὶ τὸ λέγειν δὲ περὶ ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν πυρκαϊᾷ τὸν Ἀχιλλέα δοθῆναι ἀγνοοῦντός ἐστι, φασί, τὴν Ὁμήρου περὶ ταφὰς δόξαν, παρ' ᾧ (Il. Ψ. v. 71)

θάπτε με ὅττι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περήσω,

φησὶ Πάτροκλος.

Huic vero obseruationi inhaerere nolo.

Ω. v. 13. 14. (Ψυχαὶ μνηστήρων) ἴκοντο κατ' ἀσφοδελὸν [3]) λειμῶνα,

2) In Schol. ad Od. T. 432 lege cum *Munckero* ad Hygin. fab. CC. παρελέχθη Ἑρμῇ καὶ Ἀπόλλωνι, et corrige deinde, ὥστε καὶ τοὺς θεοὺς ζηλοτυποῦντας κατὰ τὸ αὐτῇ θελῆσαι μίσγεσθαι εἶναι· ἐκ μὲν τοῦ Ἀπόλλωνος κ. τ. λ. Vulg. εἶτα ἐκ μὲν κ. τ. λ.

3) Schol. min. ἄκαρπον φυτὸν ὁ ἀσφόδελος. Νῦν τὸν τόπον λέγει ἀσφοδελώδη (cfr. Eustath. ad Od. Λ. 572. Ammon. et Suid. Etymol. Magn. s. h. v.), de qua haud rara adiect. in ωδης exeuntium significat. cfr. F. L. Abresch. ad Cattier. Gazophylacium p. 45 sq. *Schaefer* ad Apollon. Rhod. II. 190 not. 1. Caeterum illam voc. ἀσφοδελώδης significat. adscribe Lexicis nostr., quae post singularem *Passouii* sollertiam nunc his tantum augere possum.

ἁλωειδής Eustath. p. 1699 l, 64.
βοτρυειδής Etym. Mag. s. v. βόστρυχος.
διθυραμβωδῶς Schol. ad Pind. Pyth XII. 45.
δοκοειδής Tzetz. ad Il. p. 129.

ἔνθα τε ναίουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων.

Procorum in aedibus Vlyssis interfectorum necdum sepultorum vmbrae perueniunt ad sedes mortuorum, ibique in heroum quorundam vmbras incidentes cum iis confabulantur.

Iam veteres ibi aliquid, quod offendat, reperisse testantur Schol. min., a quibus Aristarcho haec tribuuntur: ἀλλ' αὗται καὶ ἄταφοι κατίασιν (ita enim legendum est,) quae fusius Eustathius (p. 1957 l. 16) exhibet: πῶς δέ, φασί, καὶ ἐπιμίγνυνται τοῖς νεκροῖς οἱ μνηστῆρες, ὅπου Πάτροκλον οὐκ ἐῶσι μίσγεσθαι ἄταφον ὄντα;

Etenim Patrocli nondum sepulti vmbra in somnis obuersatur Achilli (Il. Ψ, 69 sqq.), miseram querens conditionem, quum arceant vmbrae, mortuorum imagines, a sede et habitatione reliquarum, neque oberrantem intromittant, atque iccirco illum, vt corpus exanimatum, iustis ipsi quam primum rite factis sepeliat, implorat, quum tunc demum flumen transgredi et mortuorum regnum intrare possit.

Quae quum ita sint, hic locus, quo nondum sepultorum procorum vmbrae habitationem mortuorum ingredi, et reliquis vmbris ibi iam versantibus sine vllo impedimento misceri sistuntur, cum illo, quem modo indicaui, magnopere pugnat.

θαλασσώδης Tzetz. Il. p. 81.
κρυφιώδης Eustath. p. 1942 l. 62 (κρυφιωδεστέρων ibi errore typoth. leg.).
νυκτώδης Eustath. p. 1951 l. 37.
προοιμιώδης Tzetz. Il. p. 146.
προσωποειδής Tzetz. p. 70.
πυλοειδής id. ib. p. 10.
φαντασιωδῶς Eust. p. 1699 l. 35.
χρυσοειδῶς id. ib. p. 81.

Ne quis vero ad Elpenoris exemplum pronocare velit, qui simili modo, nondum sepulto corpore, Vlyssi, defunctorum animas excitanti, adest; probe enim reputandum est, Elpenoris vmbram, quum iusta nondum ipsi facta essent, primam[4]) aduenisse, alias deinde subsequutas esse[5]), illam vero eodem modo ex inferis locis aduolasse, quo Patrocli vmbra, *prope* illam sedem, ad quam penetrare voluit, oberrans.

Inde probatur, bene iam sensisse *Aristarchum*, quam parum, quae hic de animabus in mortuorum habitationem introeuntibus, nondum defunctis corporibus, leguntur cum ea sentiendi ratione, quae in homerici aeui simplicitatem cadit, conueniant.[6])

---

4) Od. *Λ*. 51 sqq. rectissime hac de re monuit Eust. ad h. l.

5) Quae minime eo refutantur, quod *Λ*. 38—43 aliae prius aduenisse dicuntur; illos enim versus spurios esse, atque iam a veteribus ἠθετημένους constat.

6) Iusto cupidius vero *Koësius* initium huius rhapsodiae (p. 37 comment. laud.) notasse videtur „e *κ'*. 493—95. *λ'*. 218. 221 et 475 in promtu est", dicens, „mortuos in Orco circumuagari *inanes*, *tenues vmbras;* eosque sanguine opus habere, qui Vlyssem cognoscant, eique vera dicant (quae quidem vera, maximam partem, in recordando praeterita insunt), e *λ'* 146—148, 152 et 389 collat. versu 95, facile colligimus. Achillem nempe, aliosque, forsan etiam Herculem, sanguinem bibisse, antequam Vlyssem cognoscerent et alloquerentur deinceps, κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum est. Quibus consideratis sane mirum nobis videatur necesse est colloquium Achillis et Agamemnonis *ω'*, init. expressum, in quo Agamemnon praesertim *praeteritorum quorundam accuratissime reminisci* refertur, *nullo sanguine hausto*. Ad hoc accedit, *ω'*, 102—201 Agamemnon, quamuis sanguinem bibit nullum, Amphimedontem, mortuum quidem, vero eo tempore nondum sepultum, cognouisse, cum eoque multa locutus esse referatur de rebus iam diu ante gestis. Quae quidem ab illis, in *λ'*, de mortuorum in Orco habitantium

Ἀντικοὶ illius aetatis animaduersionem eius refutare, quantumuis studuerint, minime potuerunt. Satis enim ineptam esse, quam protulerit λύσιν· ἴσως δια

conditione, narratis discrepare videntur. Etenim vix excusaueris vatem statuendo, mortuis sanguinem necessarium non esse, qui aliquem cognoscant, eique vera dicant, nisi is inter viuos numerari possit. Si enim perpendo, Elpenorem, qui κ', 551 sqq. re vera de vita decessit; tamen in λ', 51 — 83 noscere Vlyssem cum eoque de rebus praeteritis colloqui, nullo sanguine hausto, eiusque indolem et naturam tamquam mortui ipsa hac re omnino diuersam esse ab illa ceterorum in Orco habitantium mortuorum; si porro ex γ', 289 λ', 51 — 54. 66 — 78 et μ', 9 — 15 intelligo sepulturam esse rem vita defunctis admodum magni momenti; si denique versib. λ', 218 — 221 perlectis infirmum illud (cfr. λ', 392) et inane, mortuis proprium, incipere tum demum video, quum corpus defunctum combustum sit, quod quidem partem efficit iustae sepulturae: necessariam vero sepulturam corporis defuncti, antequam is, qui de vita decesserit omni ratione referri possit in numerum mortuorum *inanium et maxima ex parte vi recordandi carentium.* Quibus perpensis Amphimedontem mortuis haud adnumerauerim, verum potius quoad indolem mortui propriam, de qua supra locutus sum, eum quamuis a vita discesserit, viuis adscripserim."

Iusto cupidius igitur *Koësium* initium huius rhapsodiae notasse diximus, quum Amphimedo, vt ab vltimo incipiamus, et reliqui proci, quanquam nondum humati, non magis viuis annumerandi sint, quam Elpenor *Λ*. 50 — 78, et Patrochus Il. *Ψ*. 69 — 107. Deinde vrget, quod in hac rhapsodia mortui confabulantur praeteritorum memores nullo sanguine hausto; at vero percipiendi, reminiscendi, cogitandi loquendique facultas mortuis, haud praecedente sanguinis potu, nonnunquam vindicatur aut vindicari debet, (cfr. *K*. 521. *Λ*. 34. 387 sq. 467 sq. 543. 568 — 571. 605. 615 — 626 Il. *Ψ*. 69 — 107,) et Vlyssem *viuum* (praeter Elpenorem *Λ*. 51 — 78) Achilles *Λ*. 471. Aiax. ib. 543 sq. Hercules ib. 615 (ad Tiresiae exemplum *Λ*. 91., qui nonnisi vt vaticinetur, bibit, quod iam recte vidit *Halbkartius* psychol. homer. p. 97, propter *K*. 494 sq. prouocare nolo) non poto sanguine

τι καθάρσιον, dicentes, ἢ διὰ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ πρόνοιαν (!) κηδομένου τοῦ Ὀδυσσέως διὰ τὴν συγγένειαν (in schol. min.) 7) me nihil mònente apparet.

Ω. v. 60. Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι.

In locis inferis Agamemno Achilli iusta funebria enarrans, Musas refert, easque *nouem* ad vnam omnes lugubre carmen cecinisse. Qui quidem Musarum numerus ab *Aristarcho*, quem graviter offendit, notatus est. Ita enim Schol. min. eius sententiam exhibent: ἀλλὰ καὶ τὸ ἀριθμεῖν τὰς Μούσας οὐχ ὁμηρικόν. Ἡ λύσις τί κωλύει ἅπαξ, nihil iuuat, nam profecto nihilominus haec Musarum recensio, quum, quanquam in carmin. homer. plures Musae commemorantur, tamen, si ab

---

agnoscunt; nam *Koësii* opinio, qua ductus eos κατὰ τὸ σιωπώμενον bibisse putat, probari neqnit.

Cum hisce locis consentit initium rh. Ω; alii vero, inter quos plerique sunt earundem rh. Κ. et Λ, iis aduersantur, vbi mortui omni sensu et sentiendi facultate priuati esse dicuntur, (cfr. loc. a *Koës.* commemor. quibuscum Il. Ψ. 104. Χ. 389 consentiunt,) necnisi hausto sanguine Λ. 151 sq. coll. Λ. 84—89, et 190 aliquam vitae speciem et tantulam reminiscendi facultatem recuperant, vt Vlyssem agnoscant; *Halbkartii* enim sententia, qui „magnorum virorum animas „plus roboris et cognitionis, quam ceterarum turbam retinuisse" putat, loco Λ. 190 refutatur.

Non igitur tam versus rh. Ω. 24—204 cum locis rh. Κ et Λ, quam alii rh. Κ et Λ loci cum aliis earundem pugnant. Quodsi mirum videtur alicui, reputet is, tam diuersas contineri rhapsodiis Κ et Λ notiones, vt, si Homero, *vni* auctori, tribuenda essent, quaecunque vulgo ei tribuuntur, ille saepius re vera dormitasse putandus sit. Cfr. v. c. locos Κ 495. Λ 207 sqq. 218 sq. 392 (quibuscum consentit Il. Ψ. 104) cum locis Λ. 40 sqq. 567 sqq. 571 sqq. 592 sqq. 600 sqq. in quibus haud scio an parum prosit λύσις.

7) cfr. Eustath. p. 1951 lin. 5 sqq.

hoc loco recesseris, numerus earum nuspiam indicetur, offendat necesse est.[8]) Accedit praeterea, quod neque ex Hesiodi locis Theog. v. 60. 76. 917. eum defendere poteris, quum Theogoniae exordium non ab Hesiodo, sed alio quopiam, quanquam antiquo, poeta profectum esse et alii et *Wolfius* censuerint, atque etiamsi hoc negare tentaueris, et v. 17. urgere volueris, ex aeuo hesiodeo aevo homerico talem recensum vindicare non possis (Cfr. Plutarch. Sympos. VIII. 14.).

Inter quae quid discriminis intersit, vel ex eo, ne ad innumera alia abeam, senties, quod Homerus Musas tantum in Olympo, Hesiodus vero etiam in Helicone habitantes celebrauit.

Ω 1. *Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο*
ἀνδρῶν μνηστήρων.
coll. 5. 9 sq. 99 sqq.

Mercurius (*Ἑρμῆς*) euocatas procorum occisorum animas (v. 1 sq.) ducit (v. 5. 9. sq. 99 sq.) ad sedem vmbrarum (10. 99. sq.). Deprehendimus Mercurium hoc munere fungentem apud *Lucian.* Dial. Deor. VII. XXIV. et saep. v. c. Nigrin. 21. Dial. Mort. XXIII. Contempl.

8) Eustath. p. 1953 l. 55 *τὰς Μούσας εἰς ἐννεάδα ὁρίσας ὁ Ποιητής, ὅμως χαίρει καὶ οὕτω τῇ συνήθει ἑνικῇ προσαγορίᾳ ἐπαγὼν τό τοῖον γὰρ ἐπώρορε Μοῦσα* (Ω. v. 62).

ὡς ταὐτὸν ὂν ἑνικῶς τε Μοῦσαν λόγῳ προσηγορικῷ καὶ Μούσας πληθυντικῶς εἰπεῖν. Ἔνθα καὶ τοὺς ἐπιταφίους οἴκτους καὶ μονῳδικοὺς διὰ τῶν Μουσῶν αἰνίττεται ὁ Ποιητής, αἳ κοσμοῦσι τὴν τοῦ Ἀχιλλέως ταφήν, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι τὴν τοῦ τρωϊκοῦ στρατηγοῦ ἀοιδοὶ θρήνων ἔξαρχοι, οὕτω γάρ πως θρηνῳδοὶ *) *καὶ νῦν αἱ Μοῦσαι.*

*) Adde Lexicis v. *σημῳδοὶ* ex Eustath. p. 1941 l. 53, vbi vide de origine et causa huius voc.

II. etc. ap. *Petron* c. 140; ap. *Diodor. Sic.* Bibl. I. a. fin. ap. *Horat.* I. Od. x. v. 17. I. xxiv. 15 sqq. II. xviii. 34. ap. *Virgil.* Aen. IV. 242, ap. *Soph. Aiac. lor.* v. 851 ed. Lobeck. ap. *Aeschyl.* Choephor. 1. 722. (ap. *Alcaeum* idem ei tributum esse videtur, qua de re vid. Porphyrion. ad Hor. Od. lib. I. x.) in Hymn. Hom. in Mercur. v. 572. In Hymn. Orphic. in Merc. xxvii. nihil de hoc munere occurrit. Hymnus Orph. LVII. ed. Herm. p. 323. v. 2. haec quidem exhibet:

> ὃς ψυχὰς θνητῶν κατάγεις ὑπὸ νέρτερα γαίης

et v. 5. ὃς παρὰ Περσεφόνης ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύεις,
> αἰνομόροις ψυχαῖς πομπὸς κατὰ γαῖαν ὑπάρχων,
> ἃς κατάγεις,

et v. 10 sq. similia, solum autem vocabulum ὑπνοδώτειδι v. 8 *recentiorem* originem prodit.

Haud temere enim veteres, „ἔτι πῶς" referente Eustathio, (p. 1957 lin. 5. sqq.) φασι „χθόνιόν τε καὶ ψυχοστόλον ἀσυνήθως καλεῖ τὸν Ἑρμῆν;" — ἡ λύσις· ὅτι συνῳδὰ ταῦτα τοῖς Ἰλιακοῖς ἔνθα ἐριούνιον[9]) αὐτὸν καλεῖ καθὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸ τούτων. Ὁ δὲ ἐριούνιος ἐκ τῆς ἔρας παραφωνεῖται. Καὶ τὸν Ἡρακλῆν δὲ εἰς ᾅδου Ἑρμείας πέμπει σὺν Ἀθηνᾷ, ὅτε τὸν Κέρβερον ἀνήγαγε, (Od. *Λ.* 625) nihil efficit.

Schol. min. haec habent: ὅτι οὐκ ἔτι καθ' Ὅμηρον ψυχοπομπὸς ὁ Ἑρμῆς· (ἡ λύσις) οὔτε τὸν Ἀπόλλωνα ἐπὶ τῆς πυκτικῆς (ὄντα ἔλεγε siue ἐποίησεν), εἰ μὴ ἅπαξ. ἀλλ' οὐ χθόνιος ὁ θεός, ἢ οὐκ εὐθέως ὁ εἰς ᾅδου κατελθὼν χθόνιος· ἐπεὶ καὶ Ἀθηνᾶ (κατῆλθεν) δι' Ἡρακλέα, καὶ

9) Apollon. Soph. in Lex. Hom. ἐριούνιος ἐπίθετον τοῦ Ἑρμοῦ, ὁ μεγάλως ὀνίσκων, τοῦτ' ἔστι ὀφελῶν. Οἱ δὲ νεώτεροι τὸν χθόνιον (ex emend. Albert.) παρὰ τὴν ἔραν. Cfr. Verheyk ad Antonin. Liberal. XXV.

Ἄδης ὀλύμπιος.[10]). Paullo inferius haec ibidem legun-tur: ἀλλὰ πῶς αἱ ψυχαὶ οὐκ αὐτόματον κατίασιν (ita enim legendum est), ὡς ἐν Ἰλιάδι;

(ἡ λύσις) οὐδὲν κωλύει καὶ παραπέμποντος αὐτάς τινος.

Haud temere vero hoc Mercurii munus notatum esse diximus, quum neque in Iliade neque in Odyssea aliquid eiusmodi deprehendatur. Quanquam enim Odyssea ab Iliade etiam in eo discrepat, vti iam a veteribus obseruatum est, quod in Iliade vbiuis deorum nuntia est Iris, neque usquam Mercurius hoc ministerio fungi dicitur[11]), in Odyssea vero nusquam Iridem mitti, sed Mercurium deorum nuntium esse videmus; tamen in hac re consentit, quum in vtraque vbiuis animae mortuorum corpora linquentes sine duce et comite ad loca infera abire dicantur. Nam sine duce animae umbrarum sedem petunt *Il.* Z. 422. N. 415. *Π.* 527, 856. X. 362. *Od.* Z. 11. *Λ.* 425, vel eo descendunt, *Il.* H. 330. *Υ.* 294. *Od.* *Κ.* 560. *Λ*, 65, (quibus locis quodammodo accenseri potest Od. *Υ.* 356) neque vero vsquam alibi, quam hic, comes iis additur caducifer ille deus, serioris demum aeui hominibus χθόνιος, ψυχοστόλος, ψυχοπομπός, ψυχαγωγός[12]),

---

10) Haec λύσις, a λυτικῷ quodam Aristarcheae obiurgationi opposita, habet, quod non quadrare videatur; perlectis vero Eustathii verbis omnis difficultas euanescit. Inde enim patet Scholia minora sententiae Aristarcheae priorem partem, eamque contractam et deminutam, exhibere, apud Eustathium vero posteriorem reperiri. Haec Aristarchi verba fuisse videntur: Πῶς χθόνιόν τε καὶ ψυχοστόλον καλεῖ τὸ Ἑρμῆν, καὶ πῶς αἱ ψυχαὶ οὐκ αὐτόματον κατίασιν, ὡς ἐν Ἰλιάδι;

11) Nam in Iliad. Ω. non quia nuntius, sed quia prudentissimus et cautissimus est deorum mitti videtur.

12) ψυχαγώγημα (oblectatio, delinimentum animi) Tzetz. Exeg. Il. p. 27 add. Lexicis.

πομπαῖος, πομπεύς, νεκροπομπός, qui Charontem quoque, senem Homero Hesiodoque nondum cognitum, cum cymba ad litus fluminis inferni, animarum vectorem, collocarunt[13]).

CAP. IV.

Itaque ad aliud argumentorum genus oratio nostra flectitur, eorum quidem, quae e rebus gestis earumque narratione, atque e rerum in facto positarum commemoratione aut varia et diversa, aut congrua et concinna repeti possunt, atque *historicorum* nomine insigniri solent. In quem numerum procedunt, quaecunque de viris, quorum fit mentio, omnibusque, quae illi dicuntur aut fecisse aut perpessi esse, commemorantur, et de moribus eorum notantur. Quae quidem argumenta quanti sint momenti et sponte apparet et multifariam reapse doctum est. Neque facile reperiri posse puto in antiqui aeui monumentis ab uno eodemque auctore profectis (a serioribus recedo,) quae sibi plane aduersentur, neque spuriae originis nota digna iudicari debeant[1]).

13) Caeterum etiam hac in re, vti in innumeris aliis, ne dicam fere omnibus, animaduertere licet, nondum id spectasse mythologos nostros, vt seiunctis et bene ac probe distinctis aetatibus, et dispositis ad hasce diuersis fabularum rationibus, fabulas (nullis additis et inspersis, quae aliena sunt) enarrent atque recenseant. Quod nisi sedulo factum fuerit, nihil bonae frugis elici poterit. Hinc enim, e neglecta hac aetatum ratione, ortae sunt istae praegrandes narrationes, quae vbiuis secum pugnant; hinc vana multorum somnia, qui de indicis, aliisque omnibus fabulis, citius in *mythologia graeca* cogitarunt, quam de graecis.

1) Quos locos notauerat *Gesnerus* ad Orph. Argonaut. 766 ed. Hermann. ex Apollon. Rhod. Arg. l. II, v. 404 sq., vbi vel-

In indagandis et indicandis variis, quibus Odyssea constet, partibus praeclare hisce argumentis vsus est *Koësius*[2]), qui iis fere solis, neque immerito, confisus de origine et compositione huius carminis ausus est iudicare. De grauitate huius argumentorum generis persuasus ipse duas locorum bigas, alteram *Od.* Ω. v. 73–78 et Il. Ψ. v. 69—92 de sepulchro Patrocli et Achillis, alteram *Od.* Ω v. 70 sqq. et Il. Ω. v. 574 sqq. de amicitia Achillis et Antilochi, in quibus aliquid discrepantiae reperisse mihi visus sum, tetigi, quas hic repetere nolo[3]).

Alius, qui offendere possit legentem, exstat v. 175. Hic enim Telemachus solus excitasse dicitur personatum Vlyssem, eique persuasisse, vt arcum sumat viresque ostendat, Φ autem v. 311 — 319. 330 — 342 Penelope prima hoc iubet, nam quae Telemachus deinde effatus esse dicitur (repetita magnam partem ex A. 355 sqq. nonnisi confirmant illa, Penelopen vero remouere student, ne adsit in μνηστηροφονίᾳ quae statim sequi-

lus aureum ἐπ' ἄκρης φηγοῖο positum esse dicitur, et ib. v. 1145 atque 1270, vbi idem ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσι collocatur eos sibi non repugnare, quum φηγὸς esculum denotet, quod docuit C. *Sprengelius* V. C. in Antiquitat. Botan. Spec. l. p. 25, hodie constat. De loco Pindari, quem notauit *Kannius* infra videbimus. De recentioribus veterum scriptorum idem fere valet hic, quod supra in. cap. III. declaraui.

2) Ex hac rhapsod. v. 331 — 347 et 391 notauit.

3) In commentatione de agro troiano in carm. hom. descr. p. 34—36 et p. 35 sq. not. **). Ibi p. 23 l. 14 excidit post verba „Pylaemenes bis" haec linea „viuat, nam nullis argutiis prohiberi potest, quominus λύσεως causa hac in re", quam „cadat" excipit. Alioquin enim intelligi non posset.

Nonnulli enim λυτικῶν inter alias res de *vmbra* patris corpus filii exanimatum comitante cogitaruit, atque inde dici putarunt, vltionem non esse factam v. 658 — 661, l. l., quum vmbra nihil efficere posset.

tur. Sed quum locus *Φ*. 362 — 379 accuratius examinatus cum illo loco rh. *Ω* concinnus videri debeat, nunc haud vrgendum esse puto, pariter atque v. 166, ad quem Eustathius p. 1955 lin. 25 sqq. haec habet: — *Ἀμφιμέδων ὑποψεύδεται· οὐ γὰρ καθὰ τὸ εἴδωλον τὴν τοῦ τόξου θέσιν οἴεται πολυκερδείαις Ὀδυσσέως γενέσθαι, οὕτω καὶ τἀληθὲς εἰς τὸ πᾶν ἔχει, ἀλλ' ἐβουλεύσατο μὲν αὐτὸ ἡ Πηνελόπη πρώτη, ἐπέκρινε δὲ Ὀδυσσεύς* (cfr. Od. *Τ*. 572. 584), quum rectissime iam hac de re monuerit *Barnesius*, qui „licet“, ait, „hoc non esset verum, verisimile tamen visum est ita procos existimare, quando audirent Vlyssem se palam agnoscentem.“ Cfr. etiam, quae supra p. 20 e scholiis minor. enotauimus.

Hic etiam *Popius* verum vidit, quum p. 239. l. l. dicat; „Amphimedon could not come to the knowledge of it; and such stratagems being agreeable to the character of Ulysses, he imputes this action to him rather than Penelope.“

Itaque statim ad alia transeamus, quae rectius notari posse atque grauioris momenti esse nobis videntur.

Ω. v. 97. *Αἰγίσθου ὑπὸ χερσὶ καὶ οὐλομένης ἀλόχοιο.*
coll. v. 219 sq.

Priusquam quid in hisce verbis nos offenderit, et quam ob causam ea vti recentioris originis vestigia notanda esse duxerimus, explicemus, de nece Agamemnonis, quae alii scriptores referant, breuiter enarremus.

Primus atque illi aeuo proximus est Pindarus, qui in Pyth. Od. XI. 25 — 39 eius ita mentionem facit, ut diris Clytaemnestrae manibus Cassandram *σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ ψυχᾷ* ad inferos missam esse canat, siue Iphigeniae fato, siue adulterinis Cassandrae amplexibus illa eo adacta fuerit, ut maritum interficeret. Excipit eum Aeschylus, qui in tragoedia Agamemnonis nomine inscripta v. 1111. sqq. v. 1401 sqq. et in Choëphoris v.

489 sqq. (ed. Schaef.) hanc caedem commemorat et Agamemnonem lotum ab vxore indusio siue inuolucro aliquo irretitum et illaqueatum, et, quum se statim expedire non posset, ab illa interfectum esse canit. Similem narrationem ponunt loci Euripidis Orest. v. 25 sq. v. 497 atque Electr. v. 154. — 166, et Lycophronis v. 1099 — 1105. Idem narrant Eudocia p. 23. Tzetz. ad Lycophron. v. 1099 sqq. v. 1108 sq. v. 1114, 1375, aliique scholiorum scriptores.

Mutato loco epulantem, vti in carminibus homericis legitur, (de quibus infra,) Agamemnonem a Clytaemnestra iuuante Aegistho interfectum esse referunt Sophocl. Electr. 97 — 99. 197 sqq. coll. interprr. ad hh. ll. Dio Chrysostom. ed. Reiske. Or. 74. s. περὶ ἀπιστίας (Tom. II. p. 407.) Philostrat. Icon. l. II. edit. Olear. p. 826 sq.

Fragm. Stesichori p. 27. ed. Suchfort et loci Aelian. Var. Histor. II. et Iuuenal. Sat. IV. 656 pariter atque Pausan. II. 16 nihil certi exhibent.

Hygin. fab. CXVII sacrificantem cum Cassandra a *Clytaemnestra et Aegistho* interfectum esse Agamemnonem narrat, idem vero fab. CCXX. dicit: „*Clytaemnestra* (occidit) Agamemnonem.

Ex omnibus hisce elucet *Clytaemnestram*, quippe quae vel sola vel *iuuante Aegistho* interfecisse dicatur maritum, *caedis* accusari, atque in eam vel *omnem* vel *maximam* certe *culpam* conferri.

Iam vero locos carminum homericorum, vbi huius caedis mentio facta est, indagemus et examinemus.

Primum in rh. *A*. v. 35 sq. haec leguntur:

ὡς καὶ νῦν Αἴγισθος ὑπέρμορον Ἀτρείδαο
γῆμ' ἄλοχον μνηστήν, τὸν δ' ἔκτανε νοστήσαντα,

quanquam comprererat exitio sibimet ipsi fore, quum Mercurius a diis missus suasisset v. 39.

μήτ' αὐτὸν κτείνειν, μήτε μνάασθαι ἄκοιτιν,

qui vero (v. 42 sq.)

οὐ φρένας Αἰγίσθοιο
πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων.

Deinde Γ. v. 248 sqq. quaerit Telemachus e Nestore:

πῶς ἔθαν' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων;
ποῦ Μενέλαος ἔην; — τίνα δ' αὐτῷ μήσατ' ὄλεθρον
Αἴγισθος δολόμητις; — ἐπεὶ κτάνε πολλὸν ἀρείω.
ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιϊκοῦ, ἀλλά πη ἄλλη
πλάζετ' ἐπ' ἀνθρώπους, ὁ δὲ θαρσήσας κατέπεφνεν;

Respondet vero huic interroganti Nestor: „Dum Menelaus Aegyptum oberrabat (Γ. v. 303. sq.)

τόφρα δὲ ταῦτ' Αἴγισθος ἐμήσατο οἴκοθι λυγρά,
κτείνας Ἀτρείδην.

Orestes autem octauo post interemtum patrem anno rediit (ib. v. 307 sq. coll. A. 299 sq.)

— — κατὰ δ' ἔκτανε πατροφονῆα,
Αἴγισθον δολόμητιν, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα.
ἤτοι ὁ τὸν κτείνας δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν
μητρός τε στυγερῆς καὶ ἀνάλκιδος Αἰγίσθοιο."

Denique fusius enarratur necis historia rh. Δ. v. 529 — 535, secundum quem locum Aegisthus statim, vbi Agamemno litori nauem appulerat,

— δολίην ἐφράσσατο τέχνην,
κρινάμενος κατὰ δῆμον ἐείκοσι φῶτας ἀρίστους,
εἷσε λόχον, ἑτέρωθι δ' ἀνώγει δαῖτα πένεσθαι.
αὐτὰρ ὁ βῆ καλέων Ἀγαμέμνονα, ποιμένα λαῶν,
ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν, ἀεικέα μερμηρίζων·

τὸν δ', οὐκ εἰδότ' ὄλεθρον, ἀνήγαγε, καὶ κατέπεφνεν
δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

Restat locus eiusdem libri v. 91. sq., vbi Menelaus: „Dum errabam", queritur,

„τείως μοι ἀδελφεὸν ἄλλος ἔπεφνεν
λάθρῃ, ἀνωϊστί, δόλῳ οὐλομένης ἀλόχοιο",

qui Clytaemnestram in aliquam societatis suspicionem vocare videtur, haud vero aliud quidquam prodit, quam nosse, et quod maximum est, quod inde concludere possis, adiuuisse consilium Aegisthi, hunc vero solum interemisse Agamemnonem (*ἄλλος ἔπεφνεν*) [4].

Quae quidem egregie confirmantur morum Clytaemnestrae notatione, quam exhibet locus rh. *Γ*. v. 264 sqq., quem apponam:

πόλλ' Ἀγαμεμνονέην ἄλοχον θέλγεσκ' ἐπέεσσιν (Αἴγισθος),
ἡ δ' ἤτοι τὸ πρὶν μὲν ἀναίνετο ἔργον ἀεικές,
δῖα Κλυταιμνήστρη· φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν,

nec nisi vbi

Μοῖρα θεῶν ἐπέδησε δαμῆναι (v. 269),

et remoto custode, Aegisthus eam eo pellexit, vt *ἐθέλοντα ἐθέλουσα* sequeretur.

At vero plane diuersam ponunt narrationem, quae Agamemno rh. *Ω*. v. 97,

Αἰγίσθου ὑπὸ χερσὶ καὶ οὐλομένης ἀλόχοιο

4) Nolo enim, ne forsitan nonnullis locos poetae in rem meam detorsisse videar, versum 92, qui profecto siue rationem, qua insertus, siue eam, qua conditus et compositus sit, spectes, sublestae fidei habendus est, recentioris esse originis censere.

se interfectum esse querens, edisserit, et quae Clytaemnestram, quae (v. 200)

κουρίδιον κτείνασα πόσιν

appellatur, grauioris flagitii accusant.

Sunt quidem carminum homericorum loci, qui hisce consentiant, vbi Clytaemnestra non solum Cassandram perfodisse[5]) et marito interitum parasse[6]), verum etiam cum Aegistho[7]) eum interemisse et occidisse[8]) dicatur; sed qui inde hisce, quae modo tetigimus, praesidium quaerere velint, reputent, tum in rhapsodia reperiri hos omnes, quae ob multas causas iam a veteribus lacessita, permultisque additamentis contaminata, et magna ex parte centonibus interstincta sit*), tum inde nihil amplius probari, quam ad summum hoc fere, vtramque rhapsodiam et *Ω.* et *Λ.* rhapsodiis *Α. Γ.* et *Δ* adversari, quod concedere profecto nullus dubito.

---

5) Od. *Λ.* v. 421 sqq.

6) ib. v. 430 *κουριδίῳ τεύξασα πόσει φόνον*, et 439 *δόλον ἤρτυε.*

7) ib. 409 sqq. — *Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε, ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ κ. τ. λ.*

8) ib. 453 — *πάρος δέ με πέφνε καὶ αὐτόν* (Clytaemnestra) cfr. v. 444.

*) Praeter eos, quos *Wolfius* uncinis inclusit, (38—43. 60. 92. 157—159. 245. 343. 525. 547. 604. 631) *ἀθετοῦνται* v. 315. 316. 602 sq. et, quod iam *Wolfius* notauit, v. 584 in Schol. Venet. Il. Catal. 104 (*B.* v. 597) *τοῖς κατὰ τὴν νεκυίαν ἠθετημένοις* accensetur. Multum offensionis praebuerunt v. 15. 16. 29. 42. 48. 238. 287. 309 et omnis locus de Herculis vmbra cfr. Schol. ad hh. ll. Secundum Aristarchi sententiam (vid. *Wolf.* Proleg. 270 n. 56) quod e Schol. Pindar. ad Olymp. I. 97 constat, omnis locus de Tantalo *νοθεύεται*: idem in Codd. Ms. quibusdem huic loco adscriptum legitur. Veterum de hoc libro sententiam vid. ap. Victorium ad Cic. Epist. ad Attic. L. IX. ep. x.

Etenim pugnare hanc de caede Agamemnonis narrationem, quae Clytaemnestram in nefandi sceleris societatem vocat, neque minimam culpae partem in ipsam confert, cum illa, quae in rhapsodiis *Α. Γ.* et *Δ* reperitur, negari nequit.

Illa, quod vidimus, Clytaemnestram, animam eius moresque laudibus celebrans, nonnisi fato et Aegisthi dolo eo perductam esse refert, vt ducentem sequeretur, aut ad summum, si loco non optimae fidei fidem habendam esse summo rigore iusseris, ut aliquam consilii iniret societatem. Haec Clytaemnestram sceleris sociam declarans, maritum diris eius manibus occisum esse queritur; quominus enim τό „κτείνασα" de dolo tantum et consilio eum necandi, quod per alium exsequuta fuerit intelligas, et vsus homericus qui respiciendus est, et illud prohibent, quod χερσὶν eius Agamemno interfectus esse dicitur.

Illa Agamemnonem ab Aegistho, insidias struente, atque a viginti viris fortissimis, ex omni populo selectis, ita oppressum sistit, ut nullo modo Clytaemnestra reapse et factis interfectorem in inferenda marito nece adiuuisse dicatur. Haec eundem manibus vxoris et Aegisthi interemtum ita exhibet, ut paene, quemadmodum illic, si maximum ibi concesserimus, Aegisthus Clytaemnestram criminis in consilio capiendo et dolo struendo sociam adsciuisse dicatur, secundum hos locos ille a Clytaemnestra in perficiendo facinore socius adscitus esse videatur.

Nullo autem modo haec edisserens me quatuor illos Odysseae libros numero primos etiam tempore atque origine primos censere fateor, de quo quidem quanquam vehementer dubito, tamen sic habeto, me, quae etiamnum est virium tenuitas, aliquid iudicii de hac re mihi sumere maximopere vereri.

Verum enimvero hoc contendo, eam narrationem, quae in hoc libro et *A.* tradatur, illa, quae in prioribus Odysseae libris deprehendatur esse recentiorem.

Quae quidem prior narrationis ratio et simplicior, qua in Aegisthum *maximam* culpae partem, si ipsam vero necem solam spectes, *omnem culpam* conferri vidimus, adeo propria est aeui homerici simplicitati, vt nonnisi hanc priscis illis temporibus vulgarem sumens, recte explicare possis et intelligere locum Od. N. 376 sqq.). Quo enim pacto, si Agamemno Clytaemnestrae uxoris manibus, non Aegisthi solius, occisus esse putaretur e vulgari tum temporis sententia, quo inquam pacto Ulysses redux, postquam Minerua ipsi indicauerat procos adesse permultos, Penelopen vero fidam et desiderio mariti moestam ac gemebundam omnibus verba dare,

---

9) Vlyssi reduci necdum agnito Minerua haec dicit:

φράζευ, ὅπως μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσεις,
οἳ δή τοι τρίετες μέγαρον κάτα κοιρανέουσιν,
μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον, καὶ ἕδνα διδόντες·
ἡ δὲ σὸν αἰεὶ νόστον ὀδυρομένη κατὰ θυμόν,
πάντας μέν ῥ' ἔλπει, καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ,
ἀγγελίας προϊεῖσα· νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ.

Cui Vlysses

— *ἦ μάλα δὴ* v. 383 respondet *Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο*
φθίσεσθαι κακὸν οἶτον ἐνὶ μεγάροισιν ἔμελλον,
εἰ μή μοι σὺ ἕκαστα, θεά, κατὰ μοῖραν ἔειπες.
ἀλλ' ἄγε, μῆτιν ὕφηνον, ὅπως ἀποτίσομαι αὐτούς κ. τ. λ.

Memoratu dignum censeo iam in Scholiis min. ad Il. *A.* v. 7. haec verba legi, quae monente C. B. Meziriaco (in l. Commentaires sur les epitres d'Ovide Tom. II. p. 342) inueni: *κατὰ δὲ τοὺς τραγικοὺς αὐτὴ ἡ Κλυταιμνήστρα ἀνεῖλεν αὐτόν* κ. τ. λ.

Quid Vigenerius (Vigenere sur la Cassandre de Philostrate), quem ille laudat, hac de re habeat, nescio, quum hunc librum inspicere, mihi, magnopere eum quaerenti, non licuerit.

exclamare potuisset: „Vae mihi misero! Agamemnonis fato periissem, si Tu nihil monuisses!“ quum eum, palam reuersum, soli proci, vti Agamemnonem Aegisthus, neutiquam vero vxoris manus interemissent.

Quibus perpensis et examinatis haud facile reperiri posse opinor, quin concedat, animadverti in his, quae notauimus, quasi commissuram colorum, quam ab omnibus fere, qui post homericum aeuum vixerunt, Clytaemnestrae in hoc crimine societas et contagium augeretur, atque acrioribus notari soleret coloribus; quin largiatur transitum certe aliquem a simpliciori et antiquiori narrandi ratione ad illam amplificatam, exornatam et quasi infucatam recentiorum scriptorum posse sentiri.

Δολίος Ω. v. 222. 387. 409. 411. 492. 497, 498.

Nimio filii desiderio succubuerat Anticlea, mater Vlyssis (*Λ*. v. 197 — 203. *O*. v. 358 sq.), Laërtes vero, superstes eius maritus, reliquerat vrbem, et procul ab ea[10]) ruri degere coeperat, atque vinetum colere siue hortum[11]), quem ipse sibi multo labore exantlato comparauerat[12]). Ibi, si rh. Ω. consulueris, praeterea Dolius, Laërtae seruus, senex, cum sex filiis et vetula quadam serua Sicula versabantur.

Eundem vero Dolium, quem modo vidimus praesto esse Laërtae seni procul ab urbe viuenti et eius vineam curare, in rh. *Δ*. v. 737 Penelope suum seruum esse dicit, quem Icarius pater ipsi, domum paternam

10) *νόσφι πόληος* Ω. 212. *ἀπάνευθεν* *Λ*. 190.

11) *ἀλωὴ* dicitur Ω. 224, 336, *ἀλωὴ οἰνόπεδος* *Λ*. 195. *ἀλωὴ εὐκτιμένη*, Ω. 226. 336 *ἀλ. πολύκαρπος*, Ω. 221, *κῆπος* Ω. 247, 338, *ὄρχατος* Ω. 222. 245. 257 *ἀγρὸς καλός*, Ω. 205 sq. *πολυδένδρεος* Ψ. 139, 359; arbores vitesque commemorantur Ω. 227. 234. 242. 246 sq. 336. 340—344.

12) Ω. 207.

linquenti, mancipio dederit, eundemque hortum ipsius curantem cito vocari iubet, vt Laërtae seni assidens, quae euenerint, edisserat [13]). Iam quidem quominus haec aliquis fortassis ita ad concinnitatem aliquam revocare studeat, vt Dolium, Penelopes quidem seruum a patre illi datum esse, sed ad Laërten eodem modo, quo Euryclea a Laërte ad Penelopen transiisse dicat; deinde vero hortum illum Penelopes eundem esse sumat, quem in nostra rhapsodia Laërtae vocari videamus, nonnulla prohibent.

Ac primum quidem haud negligendum esse censeo loco A. 191 non Dolium, sed solam illam seruam vetulam commemorari. Deinde vero etiam vinea illa Laërtae ab illo Penelopes horto diuersa fuisse videtur et remo-

---

13) *Δ.* 735—738 *ἀλλά τις ὀτρηρῶς Δολίον καλέσειε γέροντα,*
δμῶ' ἐμόν, ὅν μοι ἔδωκε πατὴρ ἔτι δεῦρο κιούσῃ,
καί μοι κῆπον ἔχει πολυδένδρεον· ὄφρα τάχιστα
Λαέρτῃ τάδε πάντα παρεζόμενος καταλέξῃ.

Vers. 228 rh. Ψ. scribe:

Ἀκτορίς, ἥν μοι ἔδωκε πατὴρ ἔτι δεῦρο κιούσῃ,

sequente enim in pede tertio hexametri caesura trochaica, dactylus in pede secundo praefertur spondeo, inprimis quando dactylus in pede primo praecessit. Quae quidem res fere solemnis est, si pedis primi vox dactylica distinguitur et seiungitur incisione quadam a sequentibus. Sed de hac re hic sufficiat monuisse, et vsum in sola voce *δῶκε* vel *ἔδωκε* ostendisse. Cfr. *Il. Α.* 96. *Β.* 205. *Ξ.* 86. *Π.* 250. *Σ.* 293. *Φ.* 84. *Od. Α.* 67 I. 158. 197. *Ω.* 337; *δῶκε* sequitur dactylorum bigam *Il. Ν.* 727. *Ρ.* 193; *ἔδωκε* praecedente (in pede primo) spondeo, secundo pedi dactylum reddit *Il. Ν.* 730. *Ο.* 532. *Φ.* 216. 484. *Δῶκε* praecedente (in pede primo) spondeo, dactylum in secundo sequitur *Κ.* 268. *Ο.* 310. *Od. Δ.* 209. *Ζ.* 190. *Η.* 295. *Θ.* 269. Sed locos Il. *Δ.* 43. *Η.* 285. *Σ.* 436. *Od. Α.* 264. *Δ.* 647. 649, qui facillime corrigi possunt, nolo corrigere, quum habeant, quo se excusent, sed Il. *Δ.* 23 scribe

τοὔνεκά οἱ τὸν ἔδωκε

tior ab vrbe, quam ille. Etenim noli duobus locis, alteri *Ω*. 205, vbi Vlysses cum suis *ἐκ πόλιος* egressus *τάχα ἀγρὸν ἱκέσθαι* dicitur, alteri *Π*. 153, vbi Eurycleam grandaeuam Telemachus Laërtae felicem sui ipsius reditum nuntiare vult, nimium ponderis tribuere, quum in eadem rh. *Π*. v. 150 Telemachus Eumaeo vrbem petituro atque ad Laërten simul abire volenti dicat: *μηδὲ κατ' ἀγρούς πλάζεσθαι μετ' ἐκεῖνον*! et in illa (*Ω*. 212) Laërtes *ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος* versari legatur. Hoc posterius autem loco iam laudato A. 189 sq. et *Λ*. 188 vbi Laërtes in vrbem venire non solere dicitur, praeterea vero *Ω*. 468 et 536, vbi Ithacenses pugnatum egressi prope urbem (*πρὸ ἄστεος*) conueniunt et deinde vineam Laërtae petunt, pulsi vero et profligati ab Vlysse eiusque comitibus versus vrbem (*πρὸς πόλιν*) se recipiunt, comprobatur atque confirmatur.

Denique loco e *Δ*. l. ancillarum aliqua celerrime vocare iubetur (*ὀτρηρῶς καλέσειε*) Dolium, vti vidimus, Penelopes seruum, eiusdemque hortum curantem, non e longinquo arcessere atque accire, vt Laërtae enarret, quae facta sint.

Iam quominus vltima experiamur, atque ita nos ex implicita hac re expedire studeamus, vt sumamus a Penelope seruam missam esse ex vrbe ad remotam Laërtae vineam, quae inde arcessat Dolium, quippe cui fido ac certo seruo credere possit hera narratura, quae acciderint, vt Laërtae insciis procis referat, illi autem seruae exeunti eadem eodem consilio mandari non potuisse statuamus, quum tunc ne procis prodatur timendum fuisset; prohibemur primum eo, quod Penelope ancillam amandat, vt quam celerrime ex horto aduocet Dolium, non vt rus abeat; deinde vero, quod praesentibus omnibus seruabus (*Δ*. 720 sqq.) Penelope est eloquuta, et praeco antea enarrauit, quaecunque Dolius Laërtae narrare debuit.

Quae quum ita sint, hoc loco *Δ*. 735 sqq. de Dolio prope versante, Penelopes hortum curante, eiusdemque seruo, quem hera rus mittere velit ad Laërten procul ab vrbe degentem; omnibus autem locis e rh. *Ω* petitis de Dolio sempiterno Laërtae comite cum hero sene, vxore (*Ω*. 389) et filiis (ib. 223. 387. 409 sqq. 492. 497) ruri viuente cogitemus necesse est.

Ille locus (*Δ*. 735 sqq.) fortassis occasionem praebuit poetae seriori, huius partis, quam tangimus, auctori, Dolium ruri cum Laërte versantem fingendi.

CAP. V.

Progredimur hinc ad ea argumenta, quae, quod omnium, quos in hisce causis iudices veneramur, consensus et exempla multa iam comprobarunt, vel sola sufficerent ad dirimendam litem, *geographica* dicimus. Intelligimus autem ea hoc nomine, quae e diuersitate imaginum terrae, quas diuersas diuersis temporibus veteres sibi finxisse nemo erit, quin concedat, e regionum variarum cognitione aut accuratiore aut obscuriore repeti possunt, e qua aut notitia aut ignorantia aetas et origo monumenti alicuius a vetere quodam scriptore conscripti et conditi rectissime indagari et inuestigari potest. Quorum argumentorum quanta sit vis et *Wolfii* sententia docet, rati, nonnisi argumentis geographicis aetatem Argonauticorum, quae Orphei prae se ferunt nomen, certo posse indagari, et *Hermanni* dissertatio de eiusdem carminis origine, cuius verbis huc transpositis hasce schedulas exornare liceat. Ita igitur ille V. S. ad Orph. p. 682: „Facile vero intelligitur, si quid sit in Argonautarum fabula, quod aetatem scriptoris prodere possit, *id maxime in orbis terrarum notitia*, quae a fabulosis profecta initiis paullatim amplificari coepit, debere positum

esse. Nec praetermiserunt hanc rem docti homines. Quanquam, quod summireris, hoc ipso in genere, quod *longe clarius ac certius, quam aliae res esse* videtur, in diuersissimas partes discessum est."

Quodsi verum est, verissimum autem esse multis exemplis iam confirmatum est, hisce argumentis optime niti iudicium de aetate libri alicuius veteris, agedum nostram quoque sententiam de origine huius extremae partis Odysseae ferendam his confisi conformemus et confirmemus.

Facili autem negotio peruolutanti hanc Odysseae partem apparet de singula singulorum locorum descriptione eademque accuratiori siue chorographia vel topographia hic sermonem esse non posse, quum de Ithaca vrbe paucissima, de vineti, in quo Laërtes versatus esse dicitur, loco et situ perpauca, eademque hic tantum accuratius commemorari, quum in reliquis Odysseae libris locus, vbi senex ille degat, strictim atque obiter tantum tangatur [1]), ita, vt non sit quibuscum comparare, atque inde aliquid discriminis iis inesse statuere possis. In sola igitur consideratione eorum, quae omnem terrae imaginem spectant, siue geographiae ipsius omnino, nobis erit acquiescendum, ita in hac re acturis, vt quid cum ea, quam in reliquis carminum homericorum partibus, siue verius in magno harum partium numero reperimus conueniat, quidue pugnet indagare studeamus.

Itaque primum nos conuertimus, singula eo, quo praebet carminis conditio, ordine contemplaturi, ad *Λευκάδα πέτρην* *Ω.* v. 11. et quae statim sequuntur (*Ω.* 12) *Ἠελίοιο πύλας.*

---

1) cfr. locos iam supra commemor. *Δ.* 189 sq. *Λ.* 188. *Π.* 150 sq. quibus adde *Ο.* 354. *Π.* 140.

Ω. v. 11. Λευκὰς πέτρη.

Haec quidem petra iam Aristarchum offendit, cuius argumentum e Scholiis minoribus et Eustathio iam supra commemorauimus. Argutulam vero illam accusationem λυτικοὶ simili excusatione declinare studuerunt, ea regerentes, quae Schol. min. referunt et Eustathius, supra eodem loco commemorata. Praeterea Eustathius p. 1951 lin. 51 sqq. haec profert: Ἰστέον δὲ ὅτι Λευκάδα μὲν πέτραν ὁ μῦθος πρὸς τῷ ᾅδῃ πλάττει, ἢ κατὰ ἀντίφρασιν, μέλας γὰρ ἐκεῖ σκότος· ἢ καὶ διὰ τοὺς ἐσχάτους τῆς ἐκεῖ γῆς τόπους, οὓς εἰκὸς τὸν ἥλιον ἔτι διαλευκαίνειν δυόμενον.

At vero illa accusatio non tam id vrget, in quod incidere recte debuisset, et quod in comparanda et instituenda accusatione alicuius momenti esse videtur, quam id solum tangit, quod sensum in hac re offendit, quapropter iam mittamus.

Hoc contendo, non disceptandum esse, vtrum Λευκὰς πέτρη s. alba petra[2]) in his regionibus ficta sensum pulchri atque elegantis male afficiat, neque veri videatur similis talis fictio, an secus; sed vtrum haec Λευκὰς πέτρη cum aliis carm. hom. locis conueniat, et cum imagine terrae, qualis in his carminibus inest, bene possit conciliari, an cum iis pugnet iisdemque aduersetur.

De hac petra *Hesychius* haec habet (ad h. v.) διὰ ταύτης λέγεται τῆς πέτρας τὸν Ὠκεανὸν φέρεσθαι, ἢ ἀλληγορικῶς τὸ στόμα ἡμῶν (τῶν ἀνθρώπων), διὰ τὸ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς εἶναι· αἱ γὰρ ψυχαὶ τῶν τελευτώντων διὰ τοῦ στόματος ἀνέρχονται, quorum posteriora insipida priora obscura sunt. *Barnesius* (ad Eurip. Hel. 1692)

---

2) Formam λευκὰς adde Lex. et voc. λευκόπεπλος (ὁ, ἡ) Tzetz. Il. 84 ὁλόλευκος Eustath. p. 1968 l. 46. Pausan. VIII. c. XVII. p. 421 ed. Fac.

de Albione intelligit, *Daceria* (l. l. p. 298) non magis apte eandem esse putat hanc *Λευκάδα πέτραν*, quae posterioribus temporibus, prouti temporum habueris rationem siue insula siue paeninsula, Acarnaniae vicina ita diceretur; noto isto *ἐξωκεανισμῷ*, qui multis in geographia homerica placuit, hinc ad Oceanum vsque transpositam et translocatam. Aliter visum est *Kannio* de hac petra statuere, qui de confusione quadam et permutatione Leuces insulae et Leucados petrae cogitat. Ita enim inquit in libro „*Mythologie der Griechen*" inscripto p. 113. „*Pindar setzt den Achilles auf die Insel der Seligen* (*Pind. Ol. II.* 128—144), *und Achilles ist* (*Nem. IV.* 79) *auf der νησος φαεννα d. h. auf λευκη* (*denn λευκος ist φαεινος nach seiner Abstammung und auch bei Homer z. B. λευκος ὡς ἠλιος*). *So hatte man also die Insel Leuke offenbar zu der homerischen λευκας πετρα gemacht, einem weissen Felsen, der unweit der Unterwelt ist.*" Cfr. quae idem ad Conon. Narrat. XVIII. profert.

Quem quidem Pindari locum Nem. IV. 79 s. ed. Böckh. v. 46 sqq. si vere ita intellexit, videtur autem eum ita intellexisse, vt Achillem putet poni in hac insula tanquam in suo Elysio, quemadmodum recentiores senserunt, valde — fortassis ab interpretibus seductus — errauit. Non enim de Achille ibi condito, quod vetus quidam interpres opinatus est [3]), neque de Achille ibi,

---

3) Schol. Pind. ad h. l. ita dic. *λευκὴ νῆσος, εἰς ἣν δοκεῖ τὸ Ἀχιλλέως σῶμα ὑπὸ Θέτιδος, μετακεκομίσθαι*, de qua re vid. Plin. *H. N.* IV. c. 12 s. 26. et X. 41 s. 49, e quo hi Martian. Capell. VI, p. 214 ed. Grot. Pompon. Mel. II. c. 7. Contra alii sequuntur Homerum, Achillis sepulchrum in agro troiano collocantes v. c. Strabo l. XIII. Tom. V. p. 324 ed. Lips. Eurip. Troad. v. 39. Quint. Smyrn. l. III. v. 738 etc.

vti in fortunata quadam insula, versante [4]), sed, quod vbi reliqua, quae ibi leguntur, comparaueris perspicies [5]), de cultu Achillis in hac insula [6]) sermo est.

Groddeckius in comment. *Ueber das Lokal der Unterwelt beym Homer* (Biblioth. vet. lit. et art. VIII. part. ins.) p. 19. n. *f.* esse censet, quae Od. *K.* 515 commemoretur, *πέτρην*, sed animaduertere debuit discriminis aliquid interesse, neque plane eandem videri hanc *πέτρην* ad fluminum infernorum litus positam et *Λευκάδα πέτρην* ad *Ὠκεανοῖο ῥοὰς* ante *Ἠελίοιο πύλας* collocatam. *I. H. Vossius* in commentatione: „*Alte Welt-*

---

4) cfr. Philostrat. Heroic. IX. 16. Plin. *H. N.* IV. 27 s. 13. Dionys. *P.* v. 542. Auien v. 723 cfr. Priscian v. 560. Max. Tyr. XV. 7.

5) — *Κύπρῳ, ἔνθα Τεῦκρος ἀπάρχει — Αἴας Σαλαμῖν᾽ ἔχει — Θέτις δὲ κρατεῖ Φθίᾳ· Νεοπτόλεμος δ᾽ Ἀπείρῳ κ. τ. λ.* In hisce versibus partim de veneratione quadam inde orta, quod in illis regionibus regnasse ferebantur, more apud antiquos non insolito, partim de cultu quodam vti *ἐγχωρίων*, *ἐπιχωρίων*, *πολιούχων* numinum, opinor, cogitandum est. De Teucro et Neoptolemo prius, de Aiace et Thetide posterius valere videtur. De Teucro in Cypro insula regnante vide librum vberrimum *Beckii* V. E. et Cel. *Anleitung zur genauern Kenntniss der allgemeinen Welt- und Völker-Geschichte.* Lips. 1813. Tom. I. Part. prior. p. 902 et *Meursii* Cypr. p. 56—59. 78. De Neoptolemo Iustin. l. XVII. c. III. Pausan. l. II. c. 23 et *Heyn.* ad Virg. Aen. l. III. Excurs. X et XII.

De Thetide vid. Strabon. Geogr. l. IX. Tom. III. p. 587 ed. Lips. Tzetz. ad Lycophr. v. 175 e Pherecyd. ed. Müller. p. 445 et al. cfr. *Heyn.* ad Apollodor. Bibl. III. 13. 5.

De Aiace vid. Pausan. l. I. c. 35 Hesych. s. v. *Αἰάντεια* Meurs. Graec. fer. p. 9.

6) Cfr. Pausan. L. III. c. 19. §. 11. Maxim. Tyr. XV. 7. Ammian. XXII. 8. Plin. *H. N.* 41. s. 29. Antigon. c. 134. Philostrat. Her. XIX. 16. Dio Chrysostom. in orat. ad Borysth. XXXVI. Tom. II. p. 78 ed. Reisk. Arrian. p. 21. Solin. XXII. s. XIX.

kunde" inscripta, quae Ephemerid. lit. Ienens. a. 1804 part. II. praemissa est p. XIV hanc *Λευκάδα πέτρην* eandem esse putat, quae in Theogoniae Hesiodeae vers. 791 commemoretur petra, e qua Styx scaturiat. Ita enim l. l.: *Styx, welche bey Hesiodus* (*Theog.* 776), *eine Tochter des Okeanos, den zehnten Theil seines Gequells aus himmelstüzenden Silberfelsen* (*Homers Leukas Od. XXIV.* 11) *in die Unterwelt ableitet,*" et paullo inferius eadem pag. extr. et prox. in.: „*An der Nachtseite gegenüber erhebt sich* (*XXIV.* 11) *der Fels Leukas, oder der schimmernde, von Hesiodus* (*Theog.* 791) *der silberhelle und himmelstüzende genannt; aus welchem der erdumzirkelnde Okeanos und die unterirdische Styx entspringt* (*Hesych.* λευκάδα πέτρην)," et p. XXIII: „*Vorn an-der Nachtseite ist das hohe, den abhängigen Himmel tragende Felsengebirg, von Homer Leukas, das schimmernde, von Hesiodus das silberhelle genannt.*" Cui quidem explicationi conuenienter eam in tabulis effigiem terrae e mente Hesiodi atque Homeri exhibentibus posuit.

At vero neque hanc sententiam quanquam firmioribus nitentem argumentis plane probare possum, nam l. l. Hes. v. 777 edit. *Wolf.* *Styx* quidem

— κλυτὰ δώματα ναίει
μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέ᾽· ἀμφὶ δὲ πάντη
κίοσιν ἀργυρέοισι πρὸς οὐρανὸν ἐστήρικται,

atque eius aqua v. 786 sq. ἐκ πέτρης καταλείβεται ἠλιβάτοιο, ὑψηλῆς —

et 792 ἐκ πέτρης προρέει,

et de vorticibus quidem argenteis, quibus Oceanus terram cingens voluatur, v. 791 sermo est, de tali vero petra („*silberhell*" et „*himmelstüzend*"), quod sciam, aliquid reperiri nequit. At vero etiamsi concedere voluerimus petras istas et praecipue eam, e qua Stygis

aqua profluere dicatur aliquam habere similitudinis speciem cum hac, de qua quaerimus, inde nihil lucraremur, quam hoc, si in Hesiodi carminibus haec *Λευκὰς πέτρη* occurreret non esse, quod eam notes, tanquam pugnantem. Inde vero, quod profecto me non monente elucere debet, minime efficitur, de imagine terrae eiusdemque partium, quam in carm. hom. deprehendimus, eandem ferri posse sententiam, atque hanc *Λευκάδα πέτρην* propter aliquam similitudinis speciem cum petra ista in hesiodeis carminibus commemorata huic, homericae imagini, conuenientem haberi posse ac debere.

Priusquam vero quaestioni de hac petra finem imponamus, agedum de alia re disseramus, cum hac arctissime coniuncta, quoniam illam, quam aggredi volumus contemplati et facilius et rectius de hac facere poterimus iudicium.

Innuo, quae proximo versu commemorantur,

Ω. v. 12 *Ἠελίοιο πύλας.*

Nihil de iis monuit *Aristarchus*, quantum e silentio scholiastarum colligi potest. Explicare eas studuerunt *Diodorus Siculus*, *Hesychius*, *Diogenes Laërtius* et *Eustathius*, iam a *Clarkio* in not. ad h. l. allegati; nulli vero eorum fidem habeas! Etenim Diodor S. Bibl. hist. L. I. s. fin. ed. Ernesti. Tom. IV. p. 363 *Ὠκεανὸν μὲν οὖν καλεῖν*, dicit Homerum, *ποταμόν, διὰ τὸ τοὺς Αἰγυπτίους κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον Ὠκεανὸν λέγειν τὸν Νεῖλον. Ἡλίου δὲ πύλας τὴν πόλιν τῶν Ἡλιοπολιτῶν.* Hesychius *τοὺς κύκλους* esse putat *δι᾽ ὧν τὰς πορείας ποιεῖ ὁ Ἥλιος· οἱ δὲ ἀλληγορικῶς τοὺς ὀφθαλμούς,* veluti Diogenes Laërtius qui l. VIII. in vit. Pythag. *ἔστιν*, inquit, *ἐν οἷς Ἡλίου πύλας καλεῖ τοὺς ὀφθαλμούς·* denique *Eustathius* p. 1951 lin. 54 minus quidem insipide *πύλας δὲ ἡλίου λέγει τὰς οἷον συγκλειούσας ἐκεῖνον (τὸν Ἥλιον) κρύ-*

ψεις, γενόμενον πρὸς δυσμαῖς, ἃς δὴ πύλας εἰσδυόμενος, ὡς ὑπὸ κευθμῶνάς τινας, γίνεται ἀφανής· nihil tamen hoc loco iuuat eius sententia.

Groddeckii correctio huius loci in comment. commemor. *Ueber das Local der Unterwelt* p. 19. not. f.

ἠδὲ παρ' Ἀΐδεω πύλας, καὶ δῆμον ὀνείρων,

est corruptio.

I. H. Vossius in comment. supra commem. *Alte Weltkunde* inscripta et Ephemer. lit. Ienens. a 1804. part. II praefix. p. III.[7]) et p. XIV s. f.[8]), in Epistol. myth. Tom I. epist. 27[9]), in notis ad Virgil. Georg. III. v. 261.[10]) et IV. p. 562.[11]) ita explicat, vt foramen in

---

7) *„Dieser (Helios) fährt aus dem Morgenthore unter dem metallenem Himmel auf der Dunstluft in schräger Krümmung zu dem Abendthore;“*

8) *„am niederhangenden, vom Atlas gestützten Himmelsgewölbe (Od. I. 53) ist das Sonnenthor (XXIV, 12), durch welches Helios zu dem wartenden Goldschiffe in den Okeanos hinausfährt;“* etc.

9) p. 171 extr. p. 172 in. *„Ausser der Oefnung des Gipfels hatte ienes auf den Rand des Erdkreises geneigte Himmelsgewölbe noch zwei Pforten: eine im Osten, wodurch der Sonnengott und die Nacht mit ihrem Gefolge aus dem Ocean in den Himmel aufsteigen; und eine im Westen, um wieder in den Ocean unterzugehn.“* etc.

10) p. 588 Tom. II. siue *Virgils Ländliche Gedichte* Tom. IV. *„Ausser dieser obern Himmelspforte, wodurch Iupiter aus dem himmlischen Olympus herab donnert, sind am Rande des Gewölbes noch zwei Pforten, auch Sonnenthore genannt, im Osten und Westen: durch welche der Sonnengott aus dem Ocean in den innern Raum des gewölbten Himmels einfährt und wieder hinausfährt.“*

11) p. 922 ei. Tom. *„Zu der olympischen Götterverehrung auf der Höhe des gewölbten Himmels stiegen, durch zwei Pforten am Aufgang und Untergang der Sonne, so-*

metallico coeli fornice esse putet, per quod Sol (Ἥλιος) occiduus exierit, in Oceano, vltra huius fornicis fines cum terrae finibus coniunctos fluente, nauigium petens, quod noctu ipsum et quadrigam ad orientalem terrae partem transferat, vnde per simile foramen (portam orientalem), illi (in occidentali terrae parte) oppositum ingressus nouum diem inchoet.

Quae quidem eius opinio bene conueniret, si apud recentioris aeui scriptorem, in Nonni, Quintiue Smyrnaei carminibus hasce ἠελίοιο πύλας notauissem, in homericis autem carminibus eas ita explicari posse nego.

Etenim probe quidem scio, quod iam Adrian. *Turnebus* notauit (Aduersar. XVIII. c. 27. p. 123) et C. Godofr. *Grabenerus* in commentatione: De portis coeli (Dresdae 1751. 4.) tetigit, in auctoribus antiquis, maxime poetis, dici Sole vel Aurora coelum aperiri, nocte ad vespera claudi, et commemorari portam orientalem atque occidentalem, per quas Sol veniat et abeat; hoc autem nonnisi in recentioribus animaduertitur, in homericis carm. de iis cogitari nequit, quum, vt vnum commemorem, secundum haec, quod fusius alio loco et tempore, vbi etiam omnem hanc de portis coeli quaestionem exponam, docere conabor, Oceanus non *extra* fornicem coeli, sed *intra* eum cogitandus sit. Hic autem ne prorsus temere haec dixisse puter, neue hanc sententiam plane inermem demittam, breuiter haec monere liceat.

Si fornices coeli extremis terrae finibus incumberent, atque ita, vt Oceano excluso terram obtegerent, stellae, quae in Oceano lauari[13]) dicuntur omnes necessario vna

---

wohl die Götter als die vergötterten Heroen, empor, III. 261: welche Sonnenthore mit der mittlern Oefnung des Gewölbes, der Donnerpforte, nicht zu verwechseln sind.

12) Il. Σ. 489. Od. Ε. 275. Il. Ε, 5 sq. λελουμένος Ὠκεανοῖο. Ni-

per vnum et idem quidem, quo Sol exiret, foramen elabi et pari modo per aliud huic oppositum ex Oceano orientali introrsum proruere, ut oriantur, putandae forent. Quod qui sumeret aeque absonum et peruersum sentiret, ac si singulas stellas singulis portis egredi, et per alias redire statueret, quali peruersitati non solum in homericis carminibus, sed vbiuis frustra quaereret praesidium.

Tantum vero abest, vt *Vossium* talia putasse summam, ut eum hanc rem neglexisse credam.

Quo vero tandem modo idem, quanquam ita de fornice coeli statuens, Argonautas reduces, quos etiam secundum Homerum e Phaside in Oceanum egressos remeasse censet (nolo enim vrgere eos densissimis cinctos tenebris in Oceano ita seiuncto cogitandos esse) quo tandem inquam pacto hos ex Oceano ad Libyae deserta et paludem Tritonidem perducere velit profecto non video, quum coelum obstet aeneum, neque de singulari quadam coeli porta in hac regione Argonautis patente aliquid alicubi occurrat, neque ipse eo delapsus sit, ut talem illis peruiam sumat.

---

hil subaudiendum esse puto in hoc struendi modo; verba enim, qua de re grammat. nostr. nihil monent, lauandi, humectandi, irrorandi, mergendi *dativus* (Ablat. instrument. lat. quem dicunt) sequitur, quando indicatur *quanam re*, *genitiuus*, quando *e quanam re*, i. e. *cuiusnam rei parte* aliquis aliquid v. c. humectarit, lauerit etc. De Ellipsi hic non esse cogitandum quodammodo auspicati sunt Pasor. in praefat. indic. Hesiod. (p. 3) Musgrav. ad Euripid. Iphig. Aulid. v. 1078, clare vero viderunt *Hermannus* et *Schaeferus*, quos pie colo; ille in Mus. antiq. stud. a Wolf. et Buttmann. ed. I. 1. p. 158 et in edit. Viger. sec. p. 881, hic ad Lamberti Bos. ellips. gr. p. 502 et sq. Exemplis ibi allegatis adde: Od. *B*. v. 261. Argon. Orph. v. 512 Arat. v. 651. 858. E N. T. Euangel. Luc. c. XVI. v. 24.

Sin in carm. hom. fornicem coeli terrae finibus ita incumbentem, vt extra eum, seiunctus et seclusus a terra, fluat Oceanus, sumere non possumus; patet de portis in eo, siue orientali siue occidentali, cogitari non posse, atque iccirco illam *Vossii* explicationem locum non habere.

Cautius eloquutus est sententiam *Schlegelius* (geograph. homer. p. 189). „Solis portae hoc loco eae sunt, per quas transit ille antequam Oceano mergitur."

Hoc enim certum est, hasce portas, quippe quae cum Ὠκεανοῦ ῥοαῖς coniungantur et prope introitum ad loca infera ponantur, in regione occidentali, eiusdemque extrema parte esse collocandas, et citra Oceanum, quum Sol occiduus e prisca illa sentiendi ratione iter deflectat.

Hoc loco, vbi seriorum scripta peruolutaueris, collocatas reperies a multis [13]) columnas Herculis (Ἡρακλέους στήλας), quo nomine duos montes alterum Europae, Africae alterum, indicatos esse voluerunt, qui antea si fides est, Briarei et Saturni columnae dicebantur [14]).

Iam quidem multis exemplis nisus [15]) hosce montes altos, sibique vicinos, portas, easdemque Solis portas dictos esse, quum per eos Sol occiduus iam depresso ad terram itinere (ex illius aeui sentiendi ratione) permeare debuerit, Λευκάδα vero πέτρην, cuius eo loco mentio fit, quo non pone Ἠελίοιο πύλας collocatam esse

13) Reced. enim Tacit. German. 34. Marcian. Heracleot. p. 18.

14) Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 64. Aelian. Var. Histor. v. 3.

15) vide v. c. Arrian Exped. Al. M. II. 8. Ptolem. Geogr. V, 8. 9. 12 Strabo. I. p. 60. 64. II. 78. 79. 81. 83 et saep. Plin. *H. N.* VI. 12 s. 11. 15 s. 13. Dionys. Perieg. v. 1039. Polyb. Fragm. l. XII. 7. Xenoph. Exped. C. IV. 4. Diodor. Sicul. XIV. 20 alios, et recolas memoriam, quas nominasse sufficit, Thermopylarum.

putes, siue alterutrum horum siue vicinum iis montem significare censere possis. Obstat vero, quod illi montes nuspiam ita, quod sciam, appellantur, et *Λευκὰς πέτρα* ibi non commemoratur, atque, quod plane negligi non potest, tam Solis porta, quam illa petra in itineris ab Vlysse ad loca infera facti enarratione, nullo modo tanguntur.

Quod vero vtcunque sit, siue *'Ηελίοιο πύλας* de foramine coeli, finibus terrae incumbentis, siue de porta duobus montibus facta (ratione non omnem difficultatem remouente), et *Λευκάδα πέτρην* siue alterutrum horum siue alium quempiam montem intelligere volueris, id vnum assequeris, cum terrae imagine in *carminibus homericis* expressa non posse conciliari.

Sin vtramque, et hanc petram et illam portam Solis, e recentiorum poetarum scriptis illustrare et explicare volueris non pugnabo; modo ne ex illis *aeuo homerico*, ex istorum discoloribus figmentis *imaginis homericae* simplicitati obtrudas!

Ω. v. 12 *Δῆμος 'Ονείρων*[16]).

Sequitur locus de Somniis, eorumque sede, quam *Statius* Theb. X. 106 sqq.) ad Aethiopes transfert, *Ouidius* (Metamorph. XI. 614 et passim) prope Cimmerios esse canit, *Virgilius* (Aeneid. VI. 283 sq.) „primis in faucibus Orci" (273) ponit, *Argonauticorum Orph. auctor* (v. 1147 ed. Herm). quae est mira apud eum terrae imago, inter occidentem et septemtriones sitam perhibet, et *Lucianus* Ver. hist, II, 32 non procul ab Ogygia insula fingit, sed huius partis Odysseae auctor prope introitum ad inferos collocat[17]).

---

16) Lexicis adscr.: ὀνειροποιός Tzetz. Il. p. 51.
ὀνειρόσοφος id. p. 75.

17) Plane inepte Schol. min. τὴν νύκτα esse dicunt, ἐν ῇ φαι-

In Odyssea pariter atque in Iliade, quanta quanta sunt haec carmina de Somniorum populo, si hunc unum locum exceperis nihil legitur, pauca de Somniis, eademque diuersa et controuersa commemorantur, qui in Iliade (A. 63 B. 5) non procul a Ioue abesse videntur, in Odyssea secus (*Δ*. 809. T. 560. *Ω*. 11).

Hunc vero *δῆμον ὀνείρων*, prope Oceanum et introitum ad inferos collocatum cum Iliadis locis pugnantem deprehendes, vbi perpenderis in Iliade (cfr. ll. ll.)[18] Somnia haud procul abesse a Iouis solio, illique praesto esse, atque illum, qui in Calypsus insulam Mercurium mittere debeat, vt haec dea aliquid comperiat, Somnia, quorum sedes ex huius rhaps. descriptione vlterius remouenda est, aduocare.

νονται οἱ ὄνειροι. Aptius *Eustath.* ad Od. *Δ* ll. p. 1518. l. 43 sqq. *δῆμον ὀνείρων ἐν τοῖς ἑξῆς ἐγγὺς ᾅδου ἔξω τοῦ Ὠκεανοῦ, ὥστε τὸ ἐν πύλαις ὀνείρων ὑπνοῦν τινὰ ταὐτόν ἐστι τῷ ἐοικέναι θανόντι τὸν οὕτως ὑπνοῦντα καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ·*

— ὕπνος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς, — (Od. *N*. 80)

τῷ ἀδελφῷ δηλαδὴ κατὰ τὸν πολλαχοῦ δηλωθέντα μῦθον· περὶ δὲ πυλῶν ὀνείρων ἐρεῖ τὰ δοκοῦντα ὁ Ποιητὴς ἐν τοῖς ἑξῆς· Idem p. 1951 l. 55 sqq. ad *Ω*. 12: *Τὸ δὲ δῆμον ὀνείρων ὡς ἐπὶ ἐμψύχων καὶ σωματοειδῶν εἶπε, νύκτωρ ἡμῖν ἐκεῖθεν δῆθεν ἐπιφοιτώντων. Οἰκεῖον δὲ καὶ αὐτοῖς αἱ δυσμαὶ οὐ μὴν ἡ ἀνατολή. Τοῖς γὰρ νυκτὸς καὶ ἁπλῶς ἐν ὕπνῳ φαινομένοις προσφυὲς καὶ τὸ νυκτῶδες τοῦ τόπου. Δοκεῖ δὲ ὁ μῦθος εὐτάκτως τοπογραφεῖν, τάττων μετὰ τὸν ὠκεανὸν τὴν λευκάδα, μεθ᾽ ἣν τὰς ἡλίου πύλας, εἶτα τοὺς ὀνείρους, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς τὸν ἀσφοδελὸν λειμῶνα, περὶ ὃν αἱ ψυχαί, ὁμοιότητά πως κατὰ τὸν μῦθον σώζουσαι τοῖς ὀνείροις κατὰ τὸ* (Od. *Λ*. 222) *ψυχὴ δ᾽ ἀποπταμένη ἠΰτ᾽ ὄνειρος πεπότηται.*

Barnes. ad Eurip. Hel. 1692 hunc quoque Somniorum populum in Albionem transtulit.

18) Il. *A*. 63 — — *ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.*

Il. *B*. 5. *ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,*
πέμψαι ἐπ᾽ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι οὖλον Ὄνειρον·
καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα κ. τ. λ.

Deinde vero etiam haud magis Odysseae[19]) conuenire videbis, vbi reputaueris in rh. *K* et *Λ*, vbi huius

19) Od. *Δ*. 809. Penelope respondet εἰδώλῳ
ἡδὺ μάλα κνώσσουσ' ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσιν κ. τ. λ.
Od. *T*. 560 eadem Vlyssi personato respondet:
ξεῖν', ἤτοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι
γίγνοντ', οὐδέ τι πάντα τελείεται ἀνθρώποισιν·
δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων·
αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι·
τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται, ἔπε' ἀκράαντα φέροντες·
οἳ δὲ †) διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται·
ἀλλ' ἐμοὶ οὐκ ἐντεῦθεν ὀΐομαι αἰνὸν ὄνειρον
ἐλθέμεν ††).

Locis, quos Clarkius ad h. l. de hisce portis attulit, adde Pap. Stat. Sylv. Epic. in Patr. 289 et vid. Passerat. ad Propert. l. IV. El. VII. Discrepentiam iam sensit auctor Schol. ad Od. *T*. l. l. qui inde οὐρανίους καὶ χθονίους ὀνείρους sumsit.

†) οἳ δὲ — οἵ ῥ' est legendum, vti in edit. Oxon., in edit. Wolf. sine dub. errore typóg. secus leg.

††) Ad h. v. ἐλθέμεν monere liceat de fragm. Hesiodi ap. Strabon. G. Lib. XIV. Tom. V. p. 545 sq. ed. Tzschuck., quod ita refingendum esse puto:

(Calchas) Θαῦμά μ' ἔχει κατὰ θυμὸν ὅσους ἐρινειὸς ὀλύνθους
οὗτος ἔχει, μικρός περ ἐών· —
εἴποις ἂν ἀριθμόν; —
(Mopsus) Μύριοί εἰσιν ἀριθμόν, ἀτὰρ μέτρον γε μέδιμνος,
εἷς δὲ περισσεύει, τὸν ἐπενθέμεν οὔ κε δύναιο. —
Ὣς φάτο· καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου.
Καὶ τότε δὴ Κάλχανθ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψεν.

Vulg. v. 3 leg. ἐπελθέμεν, quod a Tzschuck. non est correct. et Cod. Strab. Medic. III. pro vulgat. οὐκ αν δύναιο οὐκ ἐδύναο et Paris. οὐ ἐδύναιο habent, vnde meam emendandi rationem saltem non nimis recedere opinor a litterarum similitudine.

Quid *Vossius* legerit: „die nicht eingehen du siehest" — vertens, nescio.

etiam, vti Solis portarum, mentio fieri debebat nihil eiusmodi commemorari, contra Cimmerios, de quibus h. l. et rh. *K* tacent (de qua re alibi,) vnde profecto est, quod hunc quoque Somniorum populum ad Oceanum collocatum aeuo homerico recentiorem esse opinemur. Accedit, quod loc. Od. *Λ*. 809 parti insertus legitur, quam iam *Wolfio* praeeunte supra notandam esse duximus; deinde, qnod apud *Hesiodum* demum aliquid eiusmodi occurrit, qui primus multa noua, eademque ab homerici aeui simplicitate aliena in hac terrae regione collocare ausus est.

Hic vero locos innuo Theogon. 212. 756. 758 sq., in quorum priore φῦλον ὀνείρων a Nocte matre editum esse perhibet H. pariter atque Ὕπνον et Θάνατον; in posterioribus Θάνατος, et Ὕπνος, quocum Somnia consociari solent, prope introitum ad inferos collocantur, ita, vt φῦλον ὀνείρων in hac regione positum ab aeui hesiodei opinionibus non alienum esse videatur. Aliud vero est, et multis nominibus diuersum, aeuum homericum.

Ω. v. 304. Ἀλύβας.

Vlysses in patriam reuersus, occisa procorum turba, ad patrem exit ruri vti supra vidimus, degentem, ibique aduenam simulans, se Alybante habitantem atque Aphidantis cuiusdam, ibidem regnantis, filium, deorum ira a Sicania ad Ithacam vsque propulsum et iactitatum esse comminiscitur. (v. 302 — 307.)

Hoc nomine, quod non alibi, quam hoc loco, occurrit, si cum Schol. min. eandem, quae in Catal. Ἀλύβη dicatur, significari velis, obstarent, quae ibi antecedunt, verba Ἀλύβας πόλις τὸ Μεταπόντιον, ἢ μᾶλλον Μετάποντον, quibus quae illuc spectant subiunguntur, ἥντινα ἐν τῷ Καταλόγῳ (Il. *B*. v. 857) Ἀλύβην ἔφη.

Egregius profecto error foret, qui Alyben in Halizonum terra et Metapontum Italiae inferioris unam

eandemque vrbem esse opinetur. Quapropter fortasse seiungenda sunt haec verba, aut ita, vt aliud scholium

A) Ἀλύβας π. Ἰ. τ. Μ. ἢ. μ. Μ. et aliud

B) Ἀλύβας, ἥντινα ἐν τῷ καταλόγῳ Ἀλύβην ἔφη (ὁ Ποιητής) fuisse, aut ita, ut ἢ ἥντινα excidisse statuatur, aut ita, vt ἢ μ. τοῦ Πόντου legas, vti leg. in ed. Ox.

Quodsi igitur hanc harum vrbium confusionem neque vrgere neque sumere animus est, tamen hoc tangere debemus, plane ineptum fuisse et absonum, si advena ille personatus Vlyssem in his regionibus oberrantem commentus fuisset. Quanquam enim Vlysses, saepius alium e remota regione ortum simulans, Vlyssem quem dissimulat, oberrasse fingit, vbi eum vnquam vere versatum esse nusquam narratur, v. c. Od. Ξ. 199. 321. 359 sqq. P. 442. 535 sqq. T 272 sqq.; tamen neminem puto fore, qui Alyben et Alybantem eandem esse vrbem opinans, id audaciae sibi sumat, vt Vlyssem ad haec loca oberrasse statuat. Ad loca, inquam, oberrasse statuat, ad quae nonnisi maxima improbilitate per angustum, quem Hellespontus aperuit introitum penetrare potuisset, in mari errasse arbitretur, Pontum dico (tum adhuc ἄξεινον), incognito, cuius aditum difficultates serioris etiam aeui nautis vix superandae occuparant. Profecto de tali itinere narratio omni fide audientium debuisset carere.

Nec magis digna est albo calculo illorum opinio, qui parum reputantes quam incognita, quam obscura fuerit illius aeui hominibus Thracia (quo praeterea illum adducere in litore orientali eaedem causae, quas modo recensui, in occidentali feri incolae Epiri, vlterius obscuritas vetant), hanc vrbem Alybantem auctoribus Eustathio et Stephano Byzantino in Thracia indagare voluerunt[20].

---

20) cfr. not. sqq.

Restat, vt eorum sententiam examinemus, qui ad Italiam nos vocant, atque hanc vrbem postea Metaponti nomine inclaruisse censent. Stephanus Byzantinus[21]) Eustathius[22]) et partis prioris Scholii, quod commemorauimus auctor, atque sine dubio Apollonius Sophistes[23]). inter antiquiores, inter recentiores Schlichthorstius[24]) Schlegelius[25]), Schoenemannus[26]), et Vossius[27]) hanc sententiam amplexi sunt. At vero de hac Italiae inferioris vrbe, partim, quod cum aeui homerici notitia Italiam nondum cognitam habentis, partim cum reliquis illius regionis, densissima fabularum nube tectae (extremam versus occidentem ex illorum opinione dico) partibus parum congruere atque conuenire videtur, cogitare dubito.

Praeterea vero Metapontum seriori aeuo, quam homerico, ne dicam illi, quo Vlysses errasse fertur originem debet. Parum probabilis enim est eorum sententia, qui ab Epeo alioue Graeco post dirutam Troiam redeunte conditum esse putant; haud vero e recentissimis Graecarum in Italia inferiore conditarum vrbium haec fuisse videtur.

Quae quidem vtut sint, aeuo et imagini Homeri mini-

---

21) s. h. v. *οἱ μὲν Μετάποντον, ἤκουσαν τῆς Ἰταλίας· τινὲς τε Θρᾴκης πόλιν.*

22) *Ἰστέον δὲ ὅτι Ἀλύβη μὲν ἢ Ἀλύβας πόλις Ἰταλίας ἡ κληθεῖσα ὕστερον Μεταπόντιον· ἕτεροι δὲ πόλιν θρᾳκίαν ταύτην εἶπον* (quamnam, non liquet) p. 1961 l. 61.

23) *Ἀλύβαντος πόλεως ὄνομα· ἔστι δὲ Ἰταλίας.*

24) Geogr. Hom. p. 10.

25) II. p. 171.

26) Geog. Hom. p. 31.

27) In tab. Geogr. Homer. et Hesiod.

28) Cfr. Strab. l. VI. Tom. II. p. 248 sqq. ed. Lips. Iustin. XX.

me conuenit, atque ab iis ex omni parte est aliena, neque prius aliquid vigoris, quam vbi recentiori aeuo hanc carminum homericorum partem originem deberi confessi fuerimus, illi poterit conciliari.

Ω. v. 307 Σικανίη
et 211. 366. 389 anus Σικελή.

A Sicania Vlysses, se dissimulans, depulsum et ad Ithacam vsque agitatum sese esse queritur. Quae quidem regio a terra Siculorum (Σικελῶν), quorum nomen Od. Υ. 383 Ω 211. 366 occurrit, diuersa, licet ex omnium fere sententia illi confinis, serioribus demum scriptoribus idem indicasse videtur ac Sicilia (Σικελία); si vero iam prisco illo aeuo aliquam huius insulae partem denotasset, necessario limitibus circumscripta fuisset satis angustis, quum Κύκλωπες, Λαιστρυγόνες et Σικελοὶ praeter Σικανοὺς hanc insulam vna incoluisse putandi essent. At vero si in angusto illo spatio non esse putetur aliquid, quod, qui hoc sumere velit, eum reuocet, quis unquam in fabulosa illa regione, vbi Cyclopum immanis gens [29]), vbi ferus Laestrygonum populus [30])

---

2. Vellei. Pat. I. 1. Heynii Opusc. Academ. Tom. II. p. 207 sqq. Ephori fragm. ed. Meier-Marx p. 152. Tzschuck. ad Pomp. Mel. II. c. 4. §. 8. *B. G. Niebuhr* in libro: *Römische Geschichte.* Berolin. 1811. Part. I. p. 43 sq. „*Metapontum*" dicit, „*war eine der iüngern grossgriechischen Städte: gestiftet, weil es den Achäern in Sybaris schwer fiel, die entlegne Landschaft gegen Tarent zu behaupten. Genau lässt sich die Zeit nicht bestimmen; das Mittel zwischen der Gründung Tarents und Sybaris Zerstörung fällt gegen die Mitte des zweiten Iahrhunderts der Stadt.*"

29) Od. I. 106 sqq. 117. 166 saep.

30) ib. K. 82—132. Ψ. 318.

vbi Charybdis, dira vorago[31]), vbi Scyllae infandum

---

31) ib. *M.* 101—110. 235—243. 428—441. *Ψ.* 327. Ad locum Schol. Apoll. Rhod. ad Arg. l. IV. v. 825 sqq. (p. 303 ed. Schaeferi), qui de Charybdi agit, rectissime monuit *Schaeferus* V. S. voc. καταxοντισθῇ non esse mutandam. Locus ita se habet: "Οσα μὲν οὖν τῶν πλοίων ὑπὸ τῶν πετρῶν ἀπωθούμενα διὰ τὸν κλύδωνα εἰς τὴν Χάρυβδιν κατακοντισθῇ, ἀναῤῥοφοῦνται ὑπ' αὐτῆς καὶ συγκαταφερόμενα τῇ θαλάσσῃ διαφθείρεται; ad h. v. *Schaeferus* haec: „abrepta sunt". Hunc vsum verbi κατακοντίζειν Lexica nostra ignorant." Cave corrigas καταποντισθῇ, quanquam τὸ „ἀναῤῥοφοῦνται" maxime inuitat. Cfr. de hoc vsu verbi ἀκοντίζειν Mus. Her. et Leandr. v. 310 ἀκοντίζοντες ἀῆται. Nonn. Dionys. l. XXXIV. v. 42 μαρμαρυγὴν εὔκυκλον ἀκοντίζουσα σελήνη. Apollodor. Bibl. I. vi. 1. ἠκόντιζον δὲ εἰς οὐρανὸν πέτρας καὶ δρῦς. Lucian. Timon. X. ed. Reitz. Tom. I. p. 119 φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρώην ἐπὶ τὸν σοφιστὴν 'Αναξαγόραν. Tzetz. ad Lycophr. p. 360 ed. Müll. ἠκόντιζον δρῦς καὶ πέτρας. Ipsa Schol. Apoll. Rhod. IV. 943 αἱ Νηρηΐδες ὑπεράνω τῶν πετρῶν πρὸς ἀλλήλας ἀκοντίζουσαι (τὴν ναῦν) ὥσπερ σφαῖραν Par. et Stephan. ib. ἀλλήλαις ὡς σφαῖραν ἀκοντίζουσαι.

Ita apud lat. scriptor. *iaculari*, quod aliquot exemplis docuit Gronov. ad Liv. XL. II. c. 54. quibus adde Petron. c. 109. Plin. Hist. Nat. II. 23 s. 25. XI. 37 s. 55. Tacit. Hist. II. 21. Virgil. Aen. II. 276. Ouid. Metamorph. VII. 139. XIV. 184; et *iacere* atque *iactare* eodem sensu poni docuit Barth. ad Pap. Stat. Theb. l. 1. v. 411.

Locus vero qui lectionis in Schol. ad Apollon. Rhod. Argon. l. l. veritatem ex omni dubitatione eximit, legitur apud Tzetz. ad Lycophr. v. 45. p. 341 edit. Müll. θηρία θαλάσσια τῶν δὲ πλοίων ἐν ταῖς πέτραις ἀκοντιζομένων ἐκ τοῦ τῆς Χαρύβδεως ὕδατος καὶ συγκλωμένων τοὺς ἄνδρας ἐσθίουσιν.

Idem vsus obseruatur in compositis. Hom. Il. *E.* 113.

αἷμα δ' ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος·

De aqua Herodot. IV. c. 181 ἀνακοντίζει — ὕδωρ cfr. quos ibi laud. Wessel.

ἐξακοντίζω. Eurip. Troad. 444. (ed. Matth. v. 446) Iphigen. Taur. 362 (ed. Matth. v. 362) ἐξακόντισας adde

Lexicis e Tzetz, ad Il. p. 108 (eruptio aquae ex hepate), et adi. h.

ἐκπίλησις Eustath. p. 1937 l. 64. ed. Rom.
ἔκριπτος Tzetz. Il. p. 13.
ἐκσίγησις (ἡ ἄκρα σιγή) Eustath. p. 1968 l. 25.
ἐκφοβητικός Eustath. p. 1966 l. 16.
ἐξαναθυμίασις Tzetz. Il. p. 102.
ἐξίκμασις Tzetz. Il. p. 97.

Ἐξ ἧς in Schol. ad Lyc. v. 89 (p. 377 ed. Müll.) corrige; scribe λέγει δὲ τὸ ᾠόν, ὅπερ ἡ Νέμεσις τῷ Τυνδάρεῳ δέδωκεν, ὃ δὲ τῇ Λήδᾳ (δέδωκεν), ἐξ οὗ (vulg. ἧς) ἡ Ἑλένη ἐγεννήθη. Ledae dedit hoc ouum, quod Nemesis pepererat, secund. Eratosth. Catast. c. 25 et Hygin. Poet. Astron. II. 8. *Mercurius*, secundum alios vid. Tzetz. ad Lycoph. v. 88. p. 375 ed. Müller. et Apollodor. III. x. 7 *pastor, qui repererat;* secundum h. l. Tyndareus, cui Nemesis dederat. Vulgaris fabulae ratio, a qua hi loci recedunt, nota est.

κατακοντίζειν ita adhib. Apollodor. Bibl. II. VII. 7 ed. Heyn. Τὸν μὲν Λίχαν τοῖν ποδοῖν ἀράμενος κατηκόντισεν (ἀπὸ τῆς Βοιωτίας)· τὸν δὲ χιτῶνα ἀπίσπα, προσπεφυκότα τῷ σώματι· συναπεσπῶντο δὲ αἱ σάρκες αὐτῷ· τοιαύτῃ δὲ συμφορᾷ κατασχεθεὶς εἰς Τραχῖνα ἐπὶ νεὼς κομίζεται — .

Ne igitur ibi cum *Nodello* κατεπόντισε legendum esse censeas. Τῶν ποδῶν, quod Cod. et Schol. Sophocl. exhibent, restituendum est, quibus Heynius lect. edition. Ald. Iunt. praetulit; deinde vero verba ἀπὸ τῆς Βοιωτίας, quae *Heynius* vncinis inclusit, elidenda sunt. Tzetz. quidem ad Lycoph. p. 348 extr. et 349 in. ed. Müll., quem locum *Heynius* non attulit, refert factis in Cenaeo, Euboeae promontorio, Ioui sacris, Herculem moribundum e loco, qui postea Thermopylarum nomine inclaruerit, illi e regione fere sito, deiecisse Lichan, eandemque fabulae rationem sequitur Ovid. Metamorph. IX. 165. 204. 218 sqq. Sed Apollodorus eandem, quam Sophocles, fabulae rationem sequutus esse videtur, et fabulam commiscuisse et conturbasse Ouidius, qui l. l. v. 136

„Cenaeo sacra parabat
Vota Ioui" — —

dixit, deinde vero in Oeta idem accidisse narrat (cfr. ll. ll.).

Sophocles in Cenaeo eum sacra fecisse Ioui narrat Trach. v. 755 sqq.; idem Apollodorus (p. 159 edit. pr. Heyn.); So-

phocles 759 sqq. Lichan attulisse vestem †) refert, vti Apollodorus (ibid); Sophocles Herculem naui impositum e Cenaeo transuectum in litus (v. 805 sqq.) tradit; idem perhibet Apollodorus p. 160, ita, vt e Cenaeo deiectum esse ab Hercule Lichan non ἐκ τῆς Βοιωτίας Apollodorus putasse videatur. Secus est, si de verbis εἰς τὴν Εὐβοϊκὴν θάλασσάν, quae in codd. sequuntur, quaesieris. Etenim haec, si vnum v. Εὐβοϊκὴν exemeris, quod suspectum videtur, non pariter atque illa e glossemate orta videntur, cfr. Hygin. fab. XXXVI. Strabo. p. 60 et 426 ed. Cas. s. p. 191 Tom. I. et p. 551 Tom. III. ed. Siebenk. et Tzschuck. Plin. IV. 21 s. 12. Ouid. Metamorph. IX. 226 sqq.; et Scholiast. Soph. in 'Υποθέσει exhib. εἰς τὴν θάλασσαν, ita, vt, alioquin enim in mare deiectum esse Lichan non diceret Apollodorus, restituenda esse videantur.

Simili modo, quo ἀκοντίζειν et. compos. h. v. simil. adhibentur, vti δισκεύω in Orph. Argon. v. 1296 ed. Hermann. ἐς βυσσὸν δίσκευσαν sese Sirenes, (δίσκευμα [id. ac δίσκος] Lexicis adscribe e Tzetz. Il. p. 139) et ἀποσφαιρίζω a Tzetz. Schol. ad Lycophr. p. 295 ed. Müller, et ἀποσφαίρισις ab eod. ib. p. 301 διασφαιρίζω ab Eurip. Bacch. 1134.

Caeterum in Apollodor. II. VII. 7. infer in Lex. verbum συναποσπάω, cui adde:

συμβλάπτω, Eustath. p. 1946 l. 32.
συμπατριώτης Tzetz. Il. p. 8.
συνατυχής id. ib. p. 78.

---

†) Μέλλων δὲ ἱερουργεῖν *) εἰς Τραχῖνα (Λίχαν) ἔπεμψε κ. τ. λ. ante Heyn. legebatur ἐ. Τ. τὸν Κήνκα ἐπ. Gal. leg. πρὸς Κήνκα Λίχαν, Wessel. ad Diod. S. IV. 38. p. 283. 20. Λίχαν. Heyn. „nisi fuit κήρυκα" addit. Sane fuit, lege ἐ. Τ. Λίχαν, τὸν κήρυκα, ἐ. Cfr. praeter locos ab Heyn. all. Soph. Trach. v. 191. hosce: Soph. Trach. v. 760 Hy- fab. XXXVI. Tzetz. Schol. ad Lycophr. ed. Müll. p. 348. Serv. ad Virg. Aen. VIII. 300, et 'Υπόθεσιν Trach. Sophocl.

---

*) Vocab. sim. m. compos. Lex. addi poss. haec:
ἀμπελουργός Tzetz. Il. p. 20.
ἀῤῥητούργημα ib. p. 92.
γενεσιουργέω Cosmas Ind. in Montefalcon. Nov. Collect. Patr. graec. II. p. 128. B.
ὑπουργία Tzetz. Il. p. 86. Eustath. p. 1944 l. 61.
ὑφαντουργός Tzetz. Il. p. 66.

monstrum[32]), vnde Phaeaces, dilectus Diis populus[33]), iisque similis et aequiparandus[34]), ob vicinae gentis Cyclopum crudelitatem decedere cogebatur[35]), prope quam Aeoli sedes[36]) Sirenum insula[37]), Solis greges[38]), atque vnius diei spatio distantes fines terrae[39]), et introitus ad inferos[40]); in hac inquam terra quis vnquam *eodem*

συναυλισμός id. ib. p. 44 ††).
συνδυστυχής id. ib. p. 78.
συνθολόω Tzetz ad Lycophr. v. 177. sp. 445. ed. Müll.

32) Od. *M.* 73 — 100. 116 — 126. 230 — 233. 245 — 259. 310. (445 sqq.) *Ψ.* 327.

33) ib. *H.* 201 — 203.

34) ib. 205 sq. *ἀντίθεοι* ib. 14. *ἀγχίθεοι*· *E.* 35. 386. *Θ.* 96, 386. 535. *N.* 36. *T.* 279.

35) ib. *Z.* 4 — 7.

36) ib. *K.* 1 — 27. 55 — 75.

37) ib. *M.* 167 et saep.

38) ib. *M.* 167. 201. Etenim Siciliam non esse illam Homeri *Θρινακίην*, etsi in eo plerique consentiant, doceri posse opinor, atque, vbi instituti ratio facilius permiserit, sententiam meam eloqui conabor; hic nonnisi innuere licet.

39) Inde enim Oceanus, qui *ἐν πείρασι γαίης* esse dicitur Il. *Ξ.* 200. 301. Od. *Δ.* 563. 586, nonnisi diurno itinere abest Od. *K.* 541 et *Λ* 1 — 11 coll. 12 sqq.

40) Cfr. e. l. c. ill. quae h. v. 12 sequuntur.

---

††) Cognata vox *ἐναυλέω* occ. Eustath. p. 1950 l. 7., adde eam lexicis cum hisce:

ἐγγαυρόω Tzetz. Il. p. 6. p. 51.
ἐγγωνιάζω id. ib. p. 15 et sine dub. restituend. est p. 128 l. 14.
ἐγκατέρχομαι id. ib. p. 50.
ἐλλιμπάνω id. ib. p. 74.
ἐνδιασκεύως Eust. p. 1943 l. 26.
ἔνσωμος (ad form. *τῶν δίσωμος* et *τρίσωμος*) Tzetz. Il. p. 70.
ἔντευκτος id. ib. p. 27.

tempore illos populos vixisse putet? Quis vnquam ibi eundem poetam, qui monstra ista ibi collocauerat, Sicanorum Siculorumque sedes collocasse arbitretur?

Si cui visum foret opponere: „quidni Sicani et Siculi ibi habitasse putandi sint, quum prope eandem terram, quae feros istos populos et monstra ista complecti dicitur, Ortygia et ei vicina Syria poni debeant" — scito is, ob fabulosum narrationis colorem et ipsius insulae Syriae adumbrationem, vbi neque fame neque ullo morbo homines laborent, sed postquam consenuerint ab Apolline et Diana leni sagitta exstinguantur [41]), non plane discrepare eam ab illius regionis, ex mente homerica, indole. Deinde vero haec ipsa quoque recentior videtur, quam quae illis locis, vbi de Cyclopum immanitate aliisque, quae modo tetigimus, sermo est, tanquam eiusdem aetatis atque originis accenseri possit.

Idem fere valet de loco Odyss. *Υ.* v. 381 sqq., vbi procorum aliquis hospites Telemachi, quos deridet, naui imponendos et Siculis mittendos, iisdemque vendendos esse censet [42]).

Sed hic indicasse hanc rem satius ducere debemus, quam fuse persequi. Hoc dico, *eodem* tempore ab *eodem* poeta, in *eadem* terra tot ac tanta monstra et Sicanos Siculosque collocari non potuisse. Quod quam parum conueniat iam ii antiquorum optime viderunt, qui Cyclopum aetatem et Laestrygonum bene distinxerunt ab ea, qua Sicani et, qui postea hosce in partem insulae occidentalem depresserunt, Siculi (*Σικελοί*), hanc insulam obtinuisse feruntur. Prouoco, vt probet, ad *Thucydidem*, qui l. VI. 2. confessus, se ne-

41) Od. *O.* v. 405 — 411.

42) *Ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο, τό κεν πολὺ κέρδιον εἴη·*
τοὺς ξείνους ἐν νηῒ πολυκληῗδι βαλόντες
ἐς Σικελοὺς πέμψωμεν, ὅθεν κέ τοι ἄξιον ἄλφοι.

scire ὅποι ἀνεχώρησαν Cyclopes et Laestrygones, addit, Σικανοὶ δὲ μετ' αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι — — — καὶ ἀπ' αὐτῶν Σικανία τότε ἡ νῆσος*) ἐκαλεῖτο; atque ad *Iustinum*, qui l. IV. c. 2, Cyclopibus exstinctis Sicanos hanc insulam occupasse narrat, et Timaeum ap. Diodor. Sicul. l. V. c. 6. Cfr. omnino Bochartum Chan. I. 30, qui *Sicanos* et *Siculos* eosdem fuisse putat, et Heynium ad l. Guthrie allgemeine Weltgeschichte IV. pag. 79; diuersos fuisse docent Ryckius de primis Ital. colon. c. I. Cluuer. Sic. ant. 1. 2. D'Orville Sicul. c. IX., qua de re multa collegit Tzschuckius ad Pomp. Mel. II. 7. §. 14. s. volum. III. p. II. p. 838 sq.

Sed haec sufficiant, nam quinam illi fabulosae regioni magis conueniant, vtrum Cyclopes, Laestrygones, Gigantes et alia monstra, an Sicani Siculique, quorum notitia, etsi minimam tantum sumseris, maiorem huius terrae cognitionem, quam quae in hoc aeuum cadit, et quoddam cum eius incolis commercium ponit, non difficili dilectu constitui potest. Inde vero simul apparet, quaenam ex his antiquioris aeui, quaenam recentioris originem prodant.

---

*) Corrige vocem νῆσος in fragm. Acusilai in Schol. Hom. Od. P. 207 (Sturz. Pherec. p. 234) Ἴθακος καὶ Νήριτος — — τόπον ἰδόντες εὖ πεποιημένον εἰς συνοικισμόν, διὰ τὸ τῶν παρατεθειμένων ὑψηλότερον εἶναι, καὶ κατοικήσαντες δεῦρο, τὴν Ἰθάκην ἔκτισαν. Καὶ ἐκ μὲν τοῦ Ἰθάκου ἡ πόλις (vulg. ἡ νῆσος) ἐπωνομάσθη Ἰθάκη, τὸ δὲ παρακείμενον ὄρος ἐκ τοῦ Νηρίτου Νήριτον. Notatum est a viris d. v. c. Verheyk ad Antonin. Lib. p. 237 Casaub. ad Strab. VIII. p. 346. Interprett. ad Eurip. Iphig. in Taur. 884 et Cyclop. 99 πόλιν interdum signific. χώραν et νῆσον, non vero, quod sciam, νῆσον signif. πόλιν.

Caeterum comprobatur haec emendatio aliis causis, cfr. Etym. M. s. v. Ἴθακος.

CAP. VI.

Restat vt ea argumenta tangamus, quae e *neglecta vel discrepante temporum ratione* repeti possunt. E simplici enim horum antiquissimorum carminum origine et ratione ab artificio aliena, qua non rem fictam, sed factam canebant, efficitur atque comprobatur, temporum rationem in iis plane negligi non potuisse.

Concinunt autem quod ad temporum rationem attinet libri Odysseae quatuor priores. Deprehendimus enim in iis tempus aestiuum; ibi omnia virent, homines nauigant, et itineribus maritimis iisque longis sese committunt. Sed hic ipsa habeas, vnde probem.

In primo Odysseae libro v. 182 Mentes siue verius Pseudomentes se Temesam petere dicens, se nauigationem longam ac diuturnam incipere fatetur. Telemachus in secundi libri fine et tertii initio Pylum nauigat, atque Pseudomentor inquit se naue vtentem hinc aliorsum proficisci velle (*Γ.* v. 366). Telemachus, vt procos in Asterida et ex illa deinde, vti Telemachum Pylo, domum nauigantes silentio praeteream, praeteruehitur agrum, qui triticum fert (*Γ.* v. 495). Hoc quum trimestre (*τρίμηνον*) et seri solitum esset ineunte Aprili [1]) hoc tempore laete virebat. Nec nisi sumserimus vidisse Telemachum, quae rh. *Δ.* v. 602 sq. commemorat, et *αὐτοψίᾳ* edoctum haec loqui, hic locus aliquid vigoris accipit. Plura taceam, quae leuiora esse videntur.

Pergamus ad librum quintum.

---

1) De vtraque re cfr. Hesiod. Ἔργ. Plinium et qui de re rustica scripserunt.

In insula Calypsus, potentis deae, florent omnia E. v. 63 sq.

ὕλη δὲ σπέος ἀμφὶ πεφύκει τηλεθόωσα,
κλήθρη τ' αἴγειρός τε καὶ εὐώδης κυπάρισσος.

ib. v. 72,

ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου
θῆλεον.

V. 470 in Scheria Vlysses δάσκιον ὕλην, ibique θάμνους πυκινοὺς reperit coll. v. 475 sqq., sed v. 69 in Calypsus insula obduxerat antrum

ἡμερὶς ἡβώωσα, τεθήλει δὲ σταφυλῇσιν·

haec et frigus, quod timet Vlysses ib. v. 466 — 479, quos cfr., et folia decidua ib. v. 482 sq. annum indicant a culmine iam recedentem.

Congruit cum his locus v. 270 — 277.

Αὐτὰρ ὁ (Ὀδυσσεὺς) πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως,
Ἥμενος· οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν,
Π λ η ϊ ά δ α ς τ' ἐ σ ο ρ ῶ ν τ ι, καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.
Τὴν γάρ δή μιν ἄνωγε Καλυψώ, δῖα θεάων,
ποντοπορευέμεναι ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα.

Nam omnis hic locus ita explicandus est. Vlyssi ex Ogygia, Calypsus insula, Ithacam petenti ita nauigandum erat, vt ad sinistram Vrsa, ante ipsum Pleiades, pone vero Bootes essent. Praeceperat enim ita Calypso, quo certius, tutius, rectius, citiusque ille in patriam rediret. Sic ante se pariter atque pone se habebat in coelo signa, ad quae viam dirigeret, quippe quum *prospiciens* in alterum, in alterum *respiciens* navigium quasi collineare posset. Vlysses igitur haec si-

dera, ante se Pleïades pone se vero Booten, sibimet ipsis per magnam noctis partem in coelo opposita intuebatur [2]). Hoc diserte loquitur tempus incipientis autumni, e siderum ratione illo aeuo. Inde comprobari etiam aliam rem, et Ogygiam longe alio loco collocandam esse, quam quo collocari coepit recentissimis temporibus, et iam alibi docui, et fusius docebo in geographia Graecorum fabulosa.

Rh. *Z.* videmus lauantes in flumine et sese et vestes, has deinde solis calore siccatas, cfr. v. 96, 99, 210, 216, 219, 224; v. 290 sqq. omnia florent, vti rh. *H.* vv. 122 — 128, sed hoc Alcinoi hortis proprium erat quouis anni tempore, cfr, vv. 117 — 121.

Rh. *N.* nauigant Phaeaces precibus Vlyssis permoti, arbores adhuc virent v. 102, 122, 196, 346, 351, 372.

Inde a rh. *Ξ.* arbores quidem virent v. c. *Ξ.* v. 2, P. v. 207. *Σ.* v. 378, sed nox illa frigida *Ξ.* v. 457 sqq. et v. 504 — 533, timor Vlyssis *P.* v. 24 sq., cura in lecto parando *Υ.* 3 sq. 95, autumnum esse docent.

At vero in hac extrema parte aliam iterum deprehendimus rationem temporis. Videamus de singulis. In fine rh. *Ψ.* nihil legitur, quod tempus spectet. Rh. *Ω.* 224 αἱμασιὰς [3]) λέξοντες exierant Dolius, filii,

---

2) Verba ὀψὲ δύοντα, pariter atque illa ἦν καὶ ἄ. κ. τ. ἑξ. vsque ad τὴν γὰρ δή, ad hanc rem non faciunt.

3) Eustath. p. 1959 l. 41 sqq. αἱμασιὰ δὲ κατὰ τὴν τοῦ Ποιητοῦ ἑρμηνείαν ἀλωῆς ἕρκος· ἴσως μέν, ὡς προεδηλώθη, ἐξ ἀκανθῶν οὖσά ποτε, ὧν εἶδος καὶ αἱ βάτοι, ἃς ὁ γέρων διαχειρίζεται, καὶ κληθεῖσα παρὰ τὸ αἱμάσσειν τοὺς κατεπιχειροῦντας. Οἱ μέντοι παλαιοὶ αἱμασιάς φασι τὰ ἐκ λεπτῶν λίθων ἐκτισμένα τοιχίδια, (adde hanc vocem Lexicis, similem τειχίδια Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 510 iam notauit,) διὸ καὶ ὁ Ποιητὴς τὴν ἀλωήν, εἰς ἣν αὗται συνήγοντο, εὐκτιμένην ἔφη, καθά που καὶ πόλεις εὐκτιμένας λέγει. Περὶ δὲ αἱμασιῶν πλατύτερον ἤδη προείρηται.

seruique, inde vero nihil certi constitui potest. E sequentibus vero patet annum tunc fuisse formosissimum. Laërtes senex plantam aliquam curat, terram circumcirca fodiendo emolliens [4]), cfr. v. 227 et 242.

Est vero hic locus, quem innuit Σ. v. 358, ad quem haec adscripsit: *Αἱμασιὰ δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς τειχίον ἐκ χαλίκων, ὅμοιον φραγμῷ. Καὶ ἄλλως δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐκ χαλίκων οἰκοδομή, τειχίον, θριγκός* (Pag. 1748 l. 46 sq. *παρὰ πολλοῖς τῶν ῥητόρων τριγχίον γράφεται*, quem locum solus *Stephanus* in Ind. Thes. Gr., s. v. *τριγκός*, nosse videtur). *Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν καὶ αὐτός, ὅτι αἱμασιὰ τὸ ἀπὸ χαλίκων τειχίον, ἐπάγει, ἣν τινες καὶ ἄρπεζον, ὡς καὶ Ἴωνες. Δηλοῖ δέ, φησί, τοῦτο καὶ Ἡρόδοτος.* (*Ἄρπεζον* et *ἄρπεζον* et *ἄρπεζα* cfr. Nicand. Theriac. v. 284, 393 atque 647 Lexic. rhet. soph. in *Bekker*. Anecd. gr. Vol. I. p. 356. Hesych. etiam *ἄρπιξ* et *ἄρπισσα* habet. Suidae locum, s. v. *αἱμασιά*, iam optime correxit *Bastius* ad Gregor. Cor. p. 511. not. 94. Pergit Eustathius l. l. *Ἀλλαχοῦ δὲ φέρεται καὶ ὅτι αἱμασιὰν Ἀττικοὶ καὶ Ἴωνες τὸ τειχίον φασί. Τὸ δὲ ἔδαφος αὐτὸ Δαρείας οἶμαι καλεῖν. Καὶ ὅτι αἵμους τοὺς δρόμους Αἰσχύλος λέγει, ἴσως, φασίν, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ ἡ αἱμασιὰ κέκληται.* Corrige *τοὺς δρυμούς*, locos Suidae et Phauorini iam *Bastius* et *Schaeferus* correxerunt Gregor. Cor. p. 511.

Veram lectionem exhibet Lexic. rhetor. soph. in *Bekker*. Anecd. gr. V. I. p. 360, cuius auctor aut ex eodem fonte cum Eustathio hausit, aut alterutrum alteruter inspexit. Eustathius paullo inferius l. l. addit: *ὁ δὲ θρᾳκικὸς παραφραστὴς λίθους ἡρμήνευσε τὰς αἱμασιάς, εἰπών· „φυτεύων καὶ τοὺς λίθους ἐκλέγων“* (Od. Σ. l. l.). *Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι δοκεῖ ἐξ ἀκανθῶν ποτὲ ἡ αἱμασιὰ οὖσα ἐκεῖθεν σχεῖν τοὔνομα παρὰ τὸ αἱμάσσειν, καὶ παρέμεινεν ἡ κλῆσις ἐκείνη καὶ ὕστερον τοῖς ἐκ χαλίκων κτίσμασι* (vti latinorum *septum*, *sepimentum*, *sepes*). Pergit inferius: *ἔτι ἰστέον καὶ ὅτι ἐν τῷ περιθέσει αἱμασιὰ ἐγγεγλυμμένη τύποις, οὐ μόνον οὐκ ἐξ ἀκανθῶν ὕστερον ἡ αἱμασιά, ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ χαλίκων, λογάδων δὲ τινῶν ὡς εἰκὸς λίθων ποιούντων γλύφεσθαι.*

4) Haec adde iis, quae interpp. ad Gregor. Cor. p. 510 sqq. disseruerunt. Cfr. praeterea Moer. Attic. (vbi *λιθολογία* non mutanda est, quum saepenumero substantiua in — *ία* ex-

Φυτὸν quidem quoduis progerminans denotat, et plantam et arborem, quod vsus apud Homerum, Hesiodum, Pindarum, aliosque docet, quanquam in recentissimis plerumque arborem significat; hoc vero loco plantam intelligi debere non arborem e versu 246 elucet:

οὐ φυτὸν, οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαίη,
οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασίη κ. τ. ἑξ.

Βλωθρὴν ὄγχνην e v. 234 huc vocare nolo, quum de significatu diuersae sint sententiae. Sed. v. 221 et 245 sqq. probant, de tam frigido anni tempore, quam in libris post Ξ proximis, hic cogitari non posse, atque hoc etiam respectu istam extremam partem discrepare cum reliqua Odyssea, etiamsi quodammodo cum quatuor prioribus libris eius congruat.

---

euntia significent idem, quod quae in — *ημα* desinunt,) Eustath. p. 1944. l. 44, p. 1748. l. 49. p. 883. l. 50 sqq., et *Menagium* in Amoenitat. Iur. ciuil. c. 33 p. 240 *Salmasium* in in Observ. ad Ius Atticum ed. Rom. p. 356 laudatos a *Pierson.* et *Albert.* ll. ll. Hesych. s. v. *ἐρχάς.*

Hinc patet *primam* esse huius vocis significationem, qua denotet sentem, veprem, sepem, dumum (quum *αἱμασιὰ* non singulum lapillum indicet, hic Od. Ω. v. 224 de dumis colligendis cogitandum est); *secundam* septum ex his compositum, *tertiam* septum ex alia materie, maceriam e lapillis, praecipue sine calce limoue, structam v. c. Theocrit. *Eid.* I. v. 47. *Quartam*, quam Suidas et Lexici St. Germ. rhet. soph. auctor commemorant, qua locum dumis cinctum aut maceria munitum indicet, iidem reprobant. Duae, quae ex Eustathio addi possent, significationes subobscurae sunt. Minus obscura alia, quam p. 1259 l. 53 commemorat *ὄφεων καταδύσεις ἢ χειαί*, adde Etym. M. s. v. *χειά.*

Αἱμασιώδης quod *Bast.* l. l. Lexic. inserendum esse dicit, iam *Stephanus* ex aliis locis enotauit.

Peruenimus hic ad finem argumentornm e rebus petitorum, sed priusquam hinc progrediamur, de omni ratione argumentorum ex historiae et cognatarum artium ac doctrinarum campo allatorum, eorumque vi in carminibus homericis nonnulla addamus.

De ritibus quidem eorumque diuersitate res ipsa loquitur; item facile apparet de μύθοις, iis inesse pondus. Non enim, vti seriores, antiquissimi illi poetae μύθων διαπεποικιλμένων recensione et versicolorum fabularum enarratione doctrinae et eruditionis specimen ostentationis causa exhibere volebant; sed re vera deos deasque esse, atque ita esse, quales adumbrabant, credebant. — At vero variam in his antiquissimis μύθων rationem deprehendimus. — Inde autem non possumus statim de diuersa origine diuersisque auctoribus diuersae aetatis cogitare. Multum enim interest discriminis, et est cautio. Μῦθος eodem aeuo varius esse potest et paullulum recedere a semet ipso. Inde vero nonnisi hoc probari posse puto, ab alio auctore eiusdem aeui v. c. illam partem carm. hom. esse compositam. Nam parum quidem verisimile est, antiquissimis temporibus, quorum simplicitatem noli confundere cum seriorum colluuione, eundem auctorem eodem aeuo de eadem re in rebus diuinis varie statuisse; idem vero cogitari potest de alio, quanquam eiusdem aeui. Μῦθος vero etiam diuersus esse potest, ita quidem, vt amplificatus et exornatus sit, et auctus rebus, illi simplici quasi fundamento superstructis. Quod si ita est non modo a diuerso auctore, sed diuerso aeuo illa pars condita esse videtur. Hoc respectu iam aliquid discriminis Iliadem et Odysseam intercedere iam ab aliis obseruatum et indicatum est [1]); item aliquid interce-

1) v. c. ab *Herdero*, Adrastea. Vol. V. P. I. Lips. 1803. p. 141 „*Keiner und keine der Götter und Göttinnen*,

dere inter hanc reliquam omnem, et extremam, quam notamus, partem iam, opinor, concedetur. Quis enim

---

„die in der Ilias und Odyssee spielen, sind ganz Dieselbe; „Zeus und Pallas, Apollo, Diana, Hermes, He„phaestus, Aphrodite, Poseidon — ihre Gestalten „haben sich verändert. Der Bote der Götter, der Olymp, „die Begriffe vom Reich der Schatten, das Costume der Göt„ter in ihrem Umgange mit Menschen, Alles ist in der „Odyssee von andrer Farbe. In die Ilias hätte „keine Circe, keine Calypso, wie sie hier dastehn, „eintreten mögen; das Reich der Zaubereien „ist ausser derselben. Die Helden der Odyssee, Me„nelaus, Helena, Odysseus selbst gewähren hier ei„nen andern Eindruck, als in der Iliade; Lebensart, „Sitten, sittliche Begriffe, sind fortgerückt, „so auch die Kunst und Kenntnisse der Menschen. „Selbst die Gesänge des Epos sind anders gebunden. Wer „bis auf die Sprache, bis auf das Kräutchen Moly die„sen Unterschied durch Praedicamente, Symbole, Gestalten „und Farben verfolgen wollte, würde uns zwei griechische „Welten, eine Ost- und Westwelt öfnen, und jeder „(p. 142 in.) Sammlung von Gesängen ihr Vaterland leicht „finden."

Haud scio an haec Herderi verba respiciens Thierschius in comment. *Uiber die Gedichte des Hesiodus ihren Ursprung und Zusammenhang mit denen des Homer.* 1813. 4. p. 16 not. 9) haec notauerit: „*Die Bemerkung drängt sich „aber auf, dass zuerst in der Odyssee jene noch aus„ser den Göttern vorhandene Fabelwelt seltsa„mer Wesen in den Sagen von Zauberinnen, „Kyklopen, schwimmenden Inseln, Sirenen u. a. aufdäm„mert, und zu der Hesiodischen Dämonen- und Heroënlehre „hinüberleitet. — Vielleicht können wir durch andere Un„tersuchungen anderwärts wahrscheinlich machen, dass die „Gesänge der Odyssee grösstentheils im Mut„terlande der Griechen entstanden sind, und „so auch geographisch mit den hesiodischen zusam„menhängen, in deren Vorstellungen ein gar mannigfaltiger „Fort- und Uebergang aus jenen sich nachweisen lässt.*"

non sentiat antiquiorem et tempore priorem esse debere opinionem, qua esse Musas putarent Graeci, et illam demum sequi potuisse eam, qua de numero statuere coepissent? Quis in Homericum Mercurium, qualem in Odyssea videmus, cadere putet numus ψυχοπομποῦ, comitis animarum ad loca infera, quum queratur semel in Ogygiam, Calypsus insulam propius sitam, missus (*E.* v. 99 — 104)?

Sed transeamus ad *historica.*

Noui quam acriter notati sint, qui fidem historicam et rerum ad fidem fictarum probabilitatem iisdem finibus teneri putarint, et ad dialecticas rationes aut ad historicae κρίσεως normas poemata exigere voluerint. Quam ob rem ne haec argumenta plane inermia primo proximo incursante corruant et dilabantur, pauca de iis moneam.

Profecto non modo mirum foret, sed prodigii simile, si quis seriores poetas, inprimis graecos ne longius exspatiari debeamus, ex iis vero prae reliquis epicos, eorumque carmina eo animo examinare voluerit, vt, vbi carmen aliquod in rebus historicis vel geographicis pugnare sibique non constare vidisset, a diuersis auctoribus conflatum esse statim putaret, nullis argumentis praeter haec istam opinionem probantibus. Nam omnino recentiores nonnisi arte eo peruenire possunt, vt ipsi transpositi sibi videantur in aliis locis et regionibus, versari inter alios homines aliorum temporum et morum. Nos autem nonnisi eiusdem artis virtute et praestantia fere miraculosa et diuina adeo immutare et translocare possunt, vt illis temporibus viuere, in illis regionibus commorari, inter illos homines esse nobis videamur. Quod quum sola arte eiusque vi ac praestantia id efficiant et efficere possint; facile accidere potest, vt, non continuo tenore inhaerentes et infixi iis rebus, quas, a nobis

multo magnoque temporis spatio interiecto seiunctas repraesentare, aut loco situque remotas adducere volunt, (ipsa natura reuocante,) ex adscita in veram et eam rerum rationem, qualis est, et qualem cognitam habent, inscii et inuiti relabantur [2]). Idem valet de serioribus antiqui temporis poetis.

Contra vero illi antiquissimi *ἀοιδοί* non fabellarum partes, tanquam lacinias improbo labore vndique corradebant, antequam consuerent, et ad vnius corporis formam conglutinarent; non noua figmenta auscultanti concioni in medium proferebant; non sui ingenii foetus adstanti auditorum coronae venditabant; non res nouas nemini antea cognitas cantitabant: sed maiorum narrationes canendo promulgabant, res in facto positas certo tempore, a certis viris gestas aut perpessas, omnibus cognitas, quas nepotes ab aui ore exceperant, vt filiis deinde suis possent narrando tradere; et quae multo demum tempore praeterlapso paullatim mutari coeperunt. Exemplo vtar.

Narrationem de nece Agamemnonis illi referebant, vti populus credidit. Illa vero narratione sensim temporis successu in hominum ore immutata, in carminibus etiam sensim immutari coepit, donec in tragicis, dum grauior reddebatur et exornabatur, a priori simplicitate desciscere coepit.

Dolium prius aeuum in historia Vlyssis Penelopes seruum fuisse nouerat; sequius iam paullatim a veritate ad fingendi licentiam progrediens, et a relatione ad poesin decedens, data quadam huic opinioni occa-

---

2) Omnium instar vnum sit exemplum, quod e *Popii* versione notauit *Woodius* l. l. p. 112 vers. german. *Popius* ibi sistit Achillem recubantem in *litore, ubi vndae rupibus frangantur*, simul vero post breue spatium in *viridi gramine*, expergefactum autem exsilire dicit ex *arena*. Plura accumulare nolo; ex eodem iam alia attulit *Wood.* l. l.

sione, parum attendens, ad Laërten transposuit. Tales vero discrepantiae produnt non solum diuersum auctorem, sed etiam auctorem serioris aeui, vbi iam mutari coeperunt hae narrationes, et pro arbitrio fingi. Quod a carmin. hom. alienum est, quum haec ad historiae fidem proxime accedant.

Hanc sentiendi rationem non ita longe abesse a vero docet Graecorum exemplum. Notum est eos vsos esse his carminibus in componendis et dirimendis litibus de finibus regionum regundis. Probant etiam versus isti adulationis causa et propter nepotes inculcati horum carminum momentum.

Miraberis res illas omnibus notas esse potuisse, et negabis. Intuearis Heluetios, qui simplicitate sua in paucis cauerunt, ne nostrae aetati exempla, non dico eiusdem rei, sed similis deessent. Ecquis ibi mirabitur, si factis maiorum suorum iis enarratis res notissimas narrasse visus fuerit? Ecquis ibi conabitur a vulgari modo, hoc est eo, qui in ore populi fertur, in narrandis rebus recedere? Ecquis impune ibi figmenta noua et aliena iis assuere audebit? Mitte iis hariolum poetam, qui tali modo res maiorum figmentis peruertat, rebus nouis misceat, incognitis turbet, alienis amplificet, et vide, quo praemio eum remunerabuntur. Ne alia tristiora praedicam, auditores indignabundi solum rupibus foetus suos ostentantem et fruticetis declamitantem relinquent. Vide, num inde aliquid redundet, quo facilius tibi prisci et homerici aeui simplicitatem repraesentare possis! Reputa praeterea alia exempla, poetarum veterum in terris septentrionalibus, germanorum ex heroico nostri populi aeuo, fabulas regionibus quibusdam proprias, quae inprimis in ore hominum inferioris conditionis et minus excultorum florent; denique, quae in his rebus maximi sunt ponderis, antiquissima illa in libris sacris monumenta. Si-

mili modo illi antiquissimi ἀοιδοὶ opiniones vulgares, fabulas et narrationes in ore populi vigentes (*Volkssagen*) carminibus suis exprimebant. Simplici ratione, et ab omni artificio, quanquam non ab arte, plane aliena non res fictas exornabant, sed factas repraesentabant, ita, vt ab historia prope absint, quae ibi legimus. Credebant re vera et poetae et populus, cui canebant, quaecunque ibi de diis deabusque, de hominibus aliisque rebus commemorantur. Vndenam hausta sint, quidnam fabulae huic illiue subsit, alia est quaestio; illi, originem causamque ignorantes, in sola re credenda acquiescebant.

E variis mutationibus horum carminum vario consilio factis, e plurimis illis rhapsodorum, diasceuastarum, grammaticorum aliorumque correctionibus et politionibus rectius, opinor, excusari possunt minores et leuiores illarum ἀσυστασιῶν, quas saepenumero deprehendimus, quam ex incuria memoriaeue vitio vnius poetae. Ista ῥῆσις, qua bonus Homerus interdum dormitasse dicitur, quadrans in recentiores (antiquorum) poetas, saepe aut oscitantes, aut, ipsa vera natura in longo opere (particulis haud facili negotio componendis) simulatam expellente, lapsos, et eorum exemplis originem debens, non ex asse cadit in ἀοιδόν, in illis rebus maxime versatum, fabulas populi eidem populo canentem; in quo de leuioribus tantum ἀσυστασίαις in rebus, quae quasi secundas agunt partes, cogitari potest. Maiores vero discrepantiae et grauiores, quibus omnis fabulae ratio aliquo modo immutatur, indicia sunt alienae originis, et auctorum diuersorum, diuersoque aeuo viuentium [3]).

---

3) Sumta enim in vno eodemque auctore horum carminum tanta incuria et negligentia *Wielandus* in Oberone diligentia longe superaret Homerum. Vbi vero recedit res ab historica relatione, vt ita dicam, historicam fidem exspectari non

At vero licet carmina illa non figmenta referant, sed fabulas populi nobis repraesentent; tamen nimis morosus videri potest, qui ea *ad temporum rationem* exigere et examinare velit. Quam ob causam etiam hac de re pauca subiungam.

In recentioribus poetis multo maior licentia iis conceditur, quae temporum rationem spectant, quam historicis. Notissima sunt et cuiuis in promtu eius rei exempla, ἀναχρονισμοί, et id genus alia. Sed recentiores, dum eo annituntur, vt se in aliam v. c. prisci aeui conditionem transferant, et nosmet ipsos carminibus

posse patet. Ita v. c. in Il. libr. prim. ἀσυνταξία de deorum itinere et quae inde sequuntur, quum haec narratio nullo fundamento, quod in ore hominum fuerit, nitatur, quanquam verisimilius est, eam recentiori mutationi alicui originem debere, tamen posset esse eiusdem auctoris, eorum, quae paullo ante dicta erant, parum memoris. Pari vero modo, quo hallucinareris, si in Iliade sumere velles v. c. Achillem eo temporis momento eodem loco stetisse, iisdem verbis vsum esse, quibus in carminibus homericis legitur; aberrares a vero, si omnem Vlyssis historiam, si errores Menelai, si Nestorem, et alia innumera, quae in omni historiae ratione constituenda alicuius momenti sunt, mera figmenta esse putares. Diuersa eiusdem rei historia in carmin. homeric. et alio quodam scripto, licet antiquo nihil contra hanc sententiam probat. Ita v. c. historia de Menelao et Helena apud Herodotum ab illa homerica recedens obicis loco opponi nequit. Explicanda est vti plurimarum fabularum narrationumue differentia, vicissitudinibus et mutationibus temporis successu ortis. Hoc facile intelliget, qui vel vnam fabulam ab Homero vsque ad tempora post tragicos poetas proxima accuratius contemplatus fuerit. Sunt autem in his rebus, quae magis sentiri, quam demonstrari possint. Vt aliquid saltem addam, cauendum est, ne stamina antiquissima, quibus fides est, cum subtemine recentiorum fictionibus inserto commisceantur. Tutissime ibis, si minoribus et leuioribus tum demum vim concesseris, vbi grauiora, quae omnem rei rationem immutent, idem loqui videris.

suis tanquam aliqua praecantatione quasi transforment, facile committere possunt, vt a prisco illo aeuo, eiusdemque moribus, placitis, sentiendi modo, temporum ratione aliisque rebus desciscant. Simili modo poeta, qui in hac, qua nos viuimus terrae parte degit, dum carmen componit, cuius argumentum e regionis alicuius historia petitum, aut fictum est, in qua frigoris loco mitius coelum imbres demittit, facile eo delabi potest, vt amantem aliquem introducat, qui splendidum virginis candorem cum niue comparet.

Aliquid eiusmodi in suauissimo quodam carmine poetae harum rerum peritissimi reperiri, notum est. Quod in hoc, artis praestantiâ sese in illam regionem transferre studente, facile excusas; grauiter te offenderet, si in poetae carminibus in illa regione viuentis deprehendisses. Ita, si apud poetam, qui studio et artificio carminis materiam collegit et coniunxit, temporum rationem plane neglectam inuenerimus, offendet; sed habebit excusationem, vti in Virgilio hic facile principe. In poeta vero, qui eodem tempore vixit, et, ne a via aberremus, in antiquissimo *ἀοιδῷ*, qui eodem fere tempore, certe illi proximus, in quod res narratae incidunt, vixit aut vixisse putatur; qui non studiose rem quaerebat, qua ornanda, mutanda, transformanda redderet carmen, sed res et sibi et audienti coronae cognitas canendo enarrabat; qui non artificio se et auditores ad prisci aeui rationem accommodare studebat, sed illi aeuo ipse cum iisdem proximus erat, talem discrepantiam in ratione temporum, qualem apud recentiores excusas, non maiore iniuria vrgeres, quam in illo, qui, quanquam eiusdem terrae incola, in qua nulla est niuis notitia, niuem commemoret, negligentiam.

Deerant quidem adminicula chronologiae astronomica; diuiditur tempus in carmin. homer. ratione lucis et caliginis, menses nondum nominibus insigniti sunt,

non commemorantur hebdomades, non horae. Dies dividitur ratione Solis, aut orientis, aut in medio coelo lucentis, aut occidentis; et ratione variorum, quae certis eius partibus assignata erant, negotiorum; nihil legitur de horologiis[4]), solariis, clepsydris, aliis; neque iis prima chronologiae alicuius vestigia, vti Hesiodeis impressa sunt [5]). Scilicet Sol tibi ipsum ad computi rationem aduocanti elabetur, et currum in Oceano condet, statimque sequentur tenebrae. Scilicet astra eodem consilio considerata ibunt lotum in eodem, et docebunt, te non ea aetate versari, qua ad chronologorum computos aeras componere possis. Commemorantur anni, adfuerunt genealogiae, quibus v. c. Acusilaus vsus esse dicitur, quibus scriptores sacri vtuntur; sed si hanc rationem temporis definiendi nimis vrgendam esse putaueris, reuocabunt te exempla Helenes et Penelopes ad illa longaeuorum Patriarcharum, et qui sunt his antiquiores, exempla.

At vero non de doctrina chronologica loquimur, neque de ratione temporum, historiae adiutrice; sed de temporum ratione, qua res, quae narrantur, factae sint, et de temporum vicissitudinibus. Si videmus longaevas illas Helenen et Penelopen, mirum videri nequit in illis fabularum tenebris; sin res facta nunc verno tempore, nunc autumnali facta esse dicitur, mirum est. Annum, quo res facta sit, nesciunt inculti homines; anni tempus, vicissitudinibus annuis constitutum, bene tenent. Historia Vlyssis nota erat, nota eius facta, itinera, errores, reditus, pericula; nota erant omnia. Annos accurate definire non potuerunt, temporum serie nondum constituta, non Olympiadibus, non astro-

4) Od. *O.* v. 404 quauis ratione rectius, quam ita, explicatur.

5) Cfr. *Wood.* l. l. p. 241 sqq. et Addit. p. 41 sqq. *Thiersch.* *Uiber die Gedichte* etc. p. 18 sqq. not 12.

nomicis rationibus seiuncti erant. Hoc naturae rei consentaneum est. Recederet vero ab ea, si eodem tempore, ab eodem auctore, eadem res modo aestati, modo hiemi assignata esset. Neque vero illa discrepantia in chronologia Odysseae ita excusari potest, vt dicamus initio vernum tempus fuisse, deinde vero procedentibus anni vicissitudinibus autumnum superuenisse. Intra paucorum enim dierum numerum omnis Odyssea cohibetur, ita, vt ad summum vnius mensis spatium vix aliquot diebus superet [6]).

Discrepantiae igitur quales supra notaui ob parum congruentem temporum rationem, quandoquidem cum omni carminis ratione arctissime cohaerent, non temere in hunc censum prodeunt.

Quae de historicis et chronologicis rebus monui, eadem fere et eodem fere modo de *geographicis* valent.

Omnis geographia Graecorum in tres aetates distinguenda est, in mathematicam, historicam et fabulosam; quae nomina, quum iam ab aliis hac de re adhibita sint et quum pleraeque res a potiori parte nomen accipere soleant, mutare nolo [7]).

6) Latet enim differentia in itinere Telemachi, quam *Koësius* comment. laud. notauit. Antea iam iis de rebus disseruerant *Anonymus* in dissertat. de Odysseae chronologia, *Riccius*, qui eum in Dissertationn. Homer. p. 370 sqq. (edit. Lips. 1784. 8.) refutare studet, et *Boiuinus* iunior in Comment. Academ. Inscript. Vol. II. P. II. Comment. vltim.

7) Neque vero solum geographia Graecorum in has aetates distinguenda est, sed omnino cuiusuis populi, qui sensim a rudi et inculta conditione ad disciplinam, et artium doctrinarumque cognitionem, peruenit. Praecipue eorum, qui matheseos ope accuratius rerum causas cognoscere coeperunt. Apud alios populos, qui in tenui tantum artium et doctrinarum initio substiterunt nonnisi duas aetates, fabulosam et historicam; denique apud alios, qui sine subtiliori cognitione et exercitatione doctrinarum resederunt in priscis auorum tene-

Ex his mathematica aetas, quae iterum in geometricam et astronomicam seiungi potest, si perfectionis habueris rationem primum locum obtinet, atque nobis, et tempore et ratione, proxima est. Exhibet haec mathematica geographiae Graecorum aetas imaginem terrae, qualis reuera est, qualem esse astrorum sollers contemplatio, atque geometrarum rationes et dimensiones calculo et arena factae docent.

Praecedit huic aetati alia, tempore prior et antiquior, quae historica nuncupari solet. Adumbrat haec terram non rationes mathematicorum, sed narrationes et fidem hominum sequens, qui peregre fuerunt aut fuisse dicunt. Remotiores regiones his adminiculis format; in vicinis aut omnino cognitis terris interdum mensuris quibusdam vtitur, vt constituantur locorum interualla, iisdem vero neque nimia cura constitutis neque pari adhibitis. In ea igitur terrae imagine, quam haec aetas exhibet, non talem curam, non eandem veritatem efflagitare poteris, quam in mathemathica. Contra non mirabere, si ibi deprehenderis multa de terra eiusque forma, variisque partibus, quae plane a veritate eius, quam hodie nouimus, recedant.

Tempore antiquissima, origine prima, est aetas geographiae fabulosa. Haec ab illis aetatibus earumque rationibus ita diuersa est, vt vix ac ne vix quidem similis et tenuior quasi soror earum haberi dicique posse videatur.

Quid vero sit, quod tantam earum efficiat discrepantiam, in eo latet, quod illae imaginem terrae ad-

---

bris, solam fabulosam reperimus. Huius vestigia non solum apud omnes fere gentes parum cultas, sed etiam in fabellis, quas nutrices infantibus narrant, atque, quod maius est, in omni vsu et consuetudine et vniuerso sermone vitae communis, non tantum in lingua vernacula, sed omni fere omnium populorum deprehendimus.

vmbrant, qualis vere est, qualemue esse homines obseruarunt; haec vero *imaginem e mentibus hominum, talem, qualem homines illius aeui, variis causis commoti, finxerunt et cogitarunt, non qualis eo tempore vere fuit, exhibet.* Non igitur imaginem terrae ibi exspectabis, qualem esse illi homines comperterint, sed *notionem menti informatam, imaginemque in animis eorum e variis, vti iam dixi, causis ortam, iisque obversantem, inhaerentem et infixam.* Non descriptionem inuenies e variis compositam obseruationibus, et certis quibusdam nitentem animaduersionibus; sed *imaginem* videbis *mente animoque conceptam,* non extrinsecus insinuatam. In vicinis tantum regionibus earumque descriptione veritatem, quippe quum eas cognitas haberent, in remotioribus fabulas deprehendes.

Iam vero historia geographiae veteris docet, varias esse excepisse imagines terrae, eo quidem modo, vt ab antiquiore ad recentiorem plerumque aliquid noui, amplificata cognitione terrae, accesserit. Quum nonnisi de rebus potioribus hic sermo esse possit, hic paucula illa vrgere neque volo, neque possum, quae primo obtutu hisce aduersari videntur; videntur enim tantum. Commemorem vero hoc, interdum maiorem et clariorem, quae iam adfuerat, cognitionem alicuius regionis inuidia temporis in pristinam obscuritatem esse relapsam. Quum igitur historia geographiae veteris ostendat, seriem quandam adesse imaginum, quae, si eam diligentius, potiora respiciens, examinaueris, nexum quendam prodat: parum recte sumeremus, has imagines solum in animis paucorum hominum fuisse, aut eorum, quorum scripta supersunt; imo rectius putabimus, si vulgares plerumque fuisse et multitudini cognitas credamus. Itaque homerico etiam aeuo, Graeci, si potiora spectes, hoc enim vrgeo, non diuersam habuerant imaginem terrae, non v. c. in quibus ver-

sis occidentem regione alius Pygmaeos, alius Aethiopes, alius Arimos, alius alios collocabat, sed in potioribus consensus erat. Crediderunt et populus et ἀοιδοί, quae in his antiquissimis carminibus reperimus. Crediderunt illi esse Cyclopes, esse Laestrygones immania ista monstra, rupes iaculantia, homines deuorantia, Sirenes, et quae sunt id genus alia. Credidit populus, et tantum abest, vt ἀοιδοὶ illi sese demiserint ad opiniones populi, ipsi probe meliora edocti, vt ipsi tam parum ab hisce eorumque ratione cogitandi recederent, quam poetae aeui Germanorum heroici ab opinionibus aequalium; ἀοιδοί, qui non vndique corrasis membris corpus conglutinabant, sed quae in ore auditorum vigebant ad neruorum concentum cantitabant. Ipsos non secus statuisse neque statuere potuisse, quam aequales, et rei natura, et simplicitas aeui et historia geographiae et similia aliorum populorum exempla diserte fatentur; hunc consensum loquuntur argumenta, quae de quibusdam notionibus e rationibus historicis et psychologicis repeti possunt, hunc imaginum bene sese excipientium series; hunc ipsa potior carminum homericorum pars. Vnde ortae essent fabulae, ipsi ignorabant; auus ita narrauerat nepoti. Causae subsunt, illi vero, non detracto earum inuolucro, in sola re credenda, vti in historicis, acquiescebant. Hodie vero in plerisque, quaenam subfuerit causa, doceri potest. Potissimae sunt historicae et philosophicae, et ex his inprimis psychologicae, aut seorsim singulae, aut iunctae. Explicari possunt Cyclopes, Laestrygones, Scylla, Charybdis, οἰκία Ἠοῦς, Oceanus fluuius, coeli fornices, terrae totius rotunda et plana superficies, opinio, qua ductus tantum non quiuis populus mediam terrae regionem habitare, et in sua vicinia terrae vmbilicum alicubi videre sibi videtur, et alia multa. Inde vero clarius elucescet reuera haec omnia credidisse antiquissimos, quum a natura recessissent, si secus statuissent.

Haec vero asserentem me taedet fere refutationis illorum, qui de finibus fabulosi et veri regundis admodum incerti haec loca fabulosa quasi digito monstrari volunt, et nihil magis deplorare videntur, quam haud adhuc virere, et maturescere poma in hortis Alcinoi, euanuisse insulam Calypsus et omnia, quae ibi erant, sensuum delinimenta. — Sed nolo acerbus fieri, quum ipse bene sciam, quam facile sit in hisce tenebris nubem pro Iunone amplecti.

Sensim vero, aucta cognitione, imagines augeri, amplificari, immutari coeperunt. Recedit ab homerica terrae imagine hesiodea, ita vero, vt prior tempore, quam illa, nullo modo haberi possit. Simplicior est homerica; amplior, ornatior, vberior hesiodea. In vtraque, remotis paucis iis, quae aliis temporibus ab aliis auctoribus addita esse facile videbis, egregium reperies consensum. Homericae imagini, eam intelligo, quam hominum animis mentibusque aeuo illo viuentium, obuersatam esse ex his carminibus comperimus, homericae inquam imagini nullo modo obtrudere poteris partes ex imaginibus Hesiodi, Hecataei Milesii, Herodoti aliorumque petitas. Ipse enim pannorum ita consutorum discolor habitus, qui te vel maxime inuitum Horatiani illius deformis monstri memorem faceret, a conatu deterreret. Iam vero si huic consensum aliqua turbant, suspicionem mouent. Decerpas e carminibus homericis flores geographicos, componas varias, quas reperies, notiones imaginisque partes, ita vero, vt presse et anguste, maximaque fide et animi sinceritate ac voluntatis castitate *nonnisi ea reddas, quae inueneris*, et maxima cura caueas, ne ingenio arbitrioue indulgeas, neue animo, iam praeiudicatis opinionibus referto opus aggrediaris. Nam obliuiscaris omnium, quae artes et doctrinae te docuerint, et ad illius aeui simplicitatem descendas necesse est. Quod vbi sedulo feceris, videbis imaginem terrae oriri, sane

quidem primo obtutu mirabilem, bene vero congruam, in qua pauca tantum ab omnibus aliena et relicta, vti spurii et suppositi liberi intuentibus statim ore et vultu originis mendacium prodentes, non inuenient sedem. Videbis imaginem terrae fabulosam, quam si ad illius aeui simplicitatem historia geographiae duce descendere neglexisses, rideres; si vero probe, vti debes, omnium immemor fueris, quod repeto, quibus nostrae aetatis artes effecerunt, vt illa tenue tantum stamen ornatissimi splendidissimique, vario subtemine illustrati, texti videatur, primam esse imaginem terrae profiteberis et ducem earum, quae deinde sese excipientes eam sequutae sunt. Non imaginem inuenies poetae, qui, ad libitum fingens terram et in hac ficta nihil curans, quid congruat, quidue pugnet, misere circumducens miserum Vlyssem, ab oscitante corona, incredula, et quae sic narrentur odio habente, explosus fuisset: sed imaginem videbis, quae *hominum aeuo homerico viuentium mentibus animisque obuersabatur, quam intuens in eaque defixus Homerus*, vel numerus ἀοιδῶν carminum homer. auctorum, *auditoribus res ad Ilium gestas erroresque Vlyssis enarrans cecinit.*

In hac te offendent, vt ea tantum, quae hic notanda sunt, nunc tangam, in hac, inquam, offendent te *Λευκὰς* illa *πέτρη*, in hac *Ἠελίοιο πύλαι*, *δῆμος Ὀνείρων*, *Ἀλύβας Italiae.* Concedes, in hac eadem eiusdemque aeui imagine Cyclopes, Laestygones et reliqua huius regionis monstra et miracula, cum Sicanis Siculisque conciliari non posse.

At vero quum hic non de geographiae veteris rationibus, et imprimis de iis primae aetatis sit disputandum, sed haec eo tantum consilio adspergenda esse putarim, vt innuam quibus causis commotus istas res, quas notaui, vti centones alienos ab hac splendida veste, notandas et pro indiciis recentioris aetatis eius

partis, in qua leguntur, habendas esse censuerim, iam finem imponam.

Iam igitur haec argumenta e rebus, quae in extrema Odysseae parte commemorantur, petita sufficiant; sufficiant etiam, quae de his ipsis argumentis addenda esse videbantur, et ad aliam rem progrediamur, in qua illustranda ab illis veteribus ducibus, Aristophane et Aristarcho deserimur.

PARS II.

Progrediamur ad alteram partem huius libelli, quae in eo elaborare debet, vt ex *oratione* doceat extremam hanc Odysseae partem recentiore aeuo ortam esse, quam homerico. Quanti momenti sint rationes ex oratione depromtae in dirimenda lite de origine libri alicuius antiqui iam dudum non solum doctrina ac via quadam a multis demonstratum est, sed etiam ipsa re declaratum. Quare nolo γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας.

Omnis vero oratio continetur et dictione et numeris. Altera harum partium, dictio, quae tum verba, tum omnem colorem et habitum orationis complectitur, partim verbis singulis, partim iunctis et compositis constat.

Respicienda sunt igitur in quaestionibus de dictione alicuius scriptoris tam singula verba seorsim spectata, quam iuncta verba et formulae. In singulis vero verbis eorumque rationibus primum natura et formatio, tum flexio, deinde vsus, denique significatio; in iunctis autem struendi modus, et formularum atque sententiarum conformatio examinari debent.

CAP. I.

§. I.

Sed iam ad ipsa haecce, quae modo enarrauimus, nos conuertamus, ac primum quidem dictionem indagaturi verba *singula* consideremus, prae caeteris autem singulorum *naturam* et *formationem* respiciamus.

Hoc respectu inprimis notandum esse puto numerum *nominum substantiuorum*, quae non modo in reliquis Odysseae partibus et in Iliade frustra quaeruntur (de quibus, vti de aliis verbis, in quae idem cadit infra sermo erit,), sed etiam ob *naturam* et *formationem* serioris originis suspicionem mouent. Nominum enim substantiuorum duo sunt genera; alterum res singulas seorsim spectatas, alterum omne earum genus respicit. Illud res sensibus perceptas denotat, hoc mente ac ratione a materia seiunctas et abstractas exprimit, et notiones vniuersales generum et formarum complectitur. Si horum nominum substantiuorum originem respicere libuerit, videbimus et ratione et historia linguarum edocti, longe priora et antiquiora esse, quae res sensibus perceptas exprimant, contra longe seriora et recentiora esse, quae notiones vniuersales mente ac ratione abstractas significent, quum iam magna et exculta animi vis adesse debuerit, quae iis et gignendis et percipiendis haud impar esset [1]).

Hanc ob causam in recentioribus Graecorum scriptoribus multa reperimus substantiua, quorum vsus in antiquioribus non animaduertitur.

Nomina substantiua, quae notionem vniuersalem mente ac ratione abstractam exprimunt, formari solent

1) Cfr., quae hac de re rectissime disseruit *Bernhardi* in libro: *Sprachlehre.* B. I. p. 139 sqq., 150, 157.

in lingua graeca inprimis ex adiectiuis, et in has exire terminationes: ια, εια, οια, της (υτης, οτης) συνη et ος (neutrius generis). Exempla leguntur in Grammaticorum libris.

Ex his vero substantiuorum formis paucas et harum pauca exempla videbis in Homericis [2]) et Hesiodeis carminibus, omnes et ingentem copiam exemplorum ad singulam quamque pertinentium apud Pindarum et Poetas tragicos reperies; de Philosophis plane taceam, quum res ipsa loquatur. Addita sunt linguae graecae noua huius generis substantiua ad extremam vsque aetatem, ita quidem, vt noua nonnulla apud Hesiodum, noua in quibusdam hymnis Homeridarum et rhapsodorum, noua in Pindari carminibus, noua in aliorum scriptis, sensim sensimque adiecta, deprehendantur.

Iam quidem vidisse mihi videor in Homericis carminibus omnino pauca reperiri nomina substantiua huius generis, si eorum numerum cum ambitu carminum conferre velis. Hoc autem plane consentaneum est, et cadit in ἀφελὲς populi, et in aeui simplicitatem. Ex his substantiuis plura insunt Odysseae, quam Iliadi. In hac paucissima reperiuntur, atque variis modis temperata. Interdum enim ita temperantur, vt plurali numero, in quo posita sunt, declarent, recedere sese a philosophica sublimitate et subtilitate et relabi in rem, quae non tam mente ac ratione secernatur, quam sensibus percipiatur. Plures enim adesse debent alicuius rei formae et imagines, antequam notio vniuersalis oriatur. Hoc modo etiam Romani in re, quae mente

2) In *Ioh. Iac. Nastii* libello: *Ueber Homers Sprache aus dem Gesichtspunkte der Analogie mit der allgemeinen Kinder- und Völkersprache* (Stuttg. 1801. 8.) et aliis, quod hanc rem illustrare possit, nihil, quod sciam, legitur.

ac ratione abstracta est et in notionibus vniuersalibus lubentius plurali numero vtebantur, quam singulari.

Interdum idem euenit eo, quod alio sensu leguntur, quam eo, quem ob formam exspectare possis.

Interdum vero etiam insunt locis haec substantiua iam alias ob causas notatis.

Liceat ad singulam harum obseruationum exempla enotare.

Ad primam quidem haec refero: *ὑπεροπλίαι, ἀτασθαλίαι, ὑποθημοσύναι, μεθημοσύναι*, ad secundam: *ἀνδροτής*, vocem notissimam, *βάθος, δηϊότης, φιλότης, εὐπλοίη, βριθοσύνη*, ad tertiam: *B.* 204 *πολυκοιρανίη*, 792 *ποδωκείῃσιν*, *T.* 97 *δολοφροσύνῃς*, 112 *δολοφροσύνην*, 411 *βραδυτῆτι*, *X.* 247 *κερδοσύνῃ*, 261 *συνημοσύνας*, *Ψ.* 701 *παλαισμοσύνης*, 740 *ταχυτῆτος*, *Ω.* 19 *ἀεικείην*, 30 *μαχλοσύνην*, 772 *ἀγανοφροσύνῃ*.

Praeter has formas, e quibus haec illaue plures habet causas, quibus temperetur significationis vis, *γηθοσύνη*, si recte ita sumitur, aliquoties, *ἀφροσύνη H.* 110, *φιλοφροσύνη I.* 256, *ἰδρείη H.* 198, *Π.* 359, *μνημοσύνη Θ.* 181, *κακοῤῥαφίη O.* 16, *ἡλικίη, ὁμηλικίη, νηπιέη, ὑπερβασίη* aliquoties reperiuntur.

In Odyssea desunt quidem nonnulla ex hoc numero, quae in Iliade adsunt, sunt autem haec pauca; contra vero ea substantiua, quae ex hoc numero supersunt, quem in Iliade inuenimus, multo saepius his animaduertuntur, quam in Iliade. Ita *αἰδρείη* (*ίη*), *ὑποθημοσύνη, παλαισμοσύνη, ἡλικίη, ὁμηλικίη, ταχυτής, ὑπερβασίη, νηπιέη* (de discrimine *νηπιέης* et *νηπιάας*, Od. *Λ.* 297, vid. Eustath. p. 767 l. 16 sq. ed. Rom.) *κακοῤῥαφίη, ἀφροσύνη, ἀγανοφροσύνη, κερδοσύνη* saepius in Odyssea leguntur, quam in Iliade. Multa vero horum verborum easdem excusationes habere, quas supra commemoraui, sponte apparet.

Ad haec vero in Odyssea accedit hic numerus novorum: ἀκομιστίη, ἀμηχανίη, ἐπεσβολίη, ἐπισχεσίη, εὐηγεσίη, ἠσυχίη, μαρτυρίη, οἰκωφελίη, πενίη, ῥηξηνορίη, δρηστοσύνη, κλεπτοσύνη, ξεινοσύνη, πλαγκτοσύνη, ταρβοσύνη, τεκτοσύνη, ἀεσιφροσύνη, ἐπιφροσύνη, εὐφροσύνη, ὁμοφροσύνη, σαοφροσύνη, χαλιφροσύνη, *κακοεργίη*, *εὐνομίη*.

In Hesiodo haec annotaui: ἀεσιφροσύνη Θ. 502, ἀϊδρείη (ίη) E. 683, ἀμηχανίη in E., ἀναιδείη aliqu. εὐφροσύνη Θ. 909, ὑπερβασίη E. 487. Ad haec accesserunt apud eundem noua: ἀδροσύνη E. 471, ἀμφιλογίη Θ. 229, ἀνολβίη E. 317, δυσνομίη Θ. 230, εὐεργεσίη ib. 503, κακοθημοσύνη E. 470, παραιβασίη Θ. 220, φραδμοσύνη in E. et Θ. aliquoties, *ἀεργίη* E. 309.

Sed haec sufficiant. Ex his enim iam patet, quod ex hymnis quibusdam, fragmentis, et Pindaro luce clarius reddi posset, etiam hoc respectu linguam Graecorum sensim excultam auctamque, sese et aeuum scriptoris, qui ea vsus sit, prodere.

Deprehendi autem in hac extrema Odysseae parte substantiua huius generis haec: *πολυμηχανίη* Ψ. 321, *πολυκέρδεια* Ω. 166, ἀδαημονίη Ω. 243, *ἀεργίη* ib. 251, *ξενίη* ib. 286, 314. *Ἔκλησις* ib. 485 iis accenseri potest.

De singulorum ratione hic fuse loqui nolo, quum inferius ad eadem alio respectu consideranda redire velim. Hic monuisse sufficiat, ex hoc verborum numero fortassis colligi posse et linguam Graecorum et facultatem cogitandi eo tempore, quo haec pars componeretur, paullo magis auctam, cultam et amplificatam fuisse, quam aeuo homerico.

Progrediamur ad alteram obseruationem, quae inest in eo, quod in hac parte deminutiuum sensu extenuationis et contemtionis deprehendisse mihi videor.

Sed antea de ipsis deminutiuis nonnulla moneam.

Deminutiua vocantur a Grammaticis nomina, quae deminutionem πρωτοτύπου indicant, quod fit formis

quibusdam πρωτοτύπῳ nomini additis, aut propter *minorem rei conditionem*, aut *blandiendi et iocandi*, aut *modestiae*, aut *extenuationis, irrisionis et contemtionis* caussa.

Graeco vocabulo dicuntur ὑποκοριστικά, de quo paucis videamus. Iam quidem, vt mittam κουρίζω Hom. Od. *X*. v. 185, Hesiod. Theogon. v. 347, ὑποκουρίζομαι Pind. Pyth. III. v. 32 et al. v. c. Apoll. Rhod. Arg. I. v. 195 et Schol. Tom. II. p. 24. ed. *Schaef.* eorumque significationes, ad rem accedam.

Κορίζομαι vel *ὑποκορίζομαι* significat *primum* balbutio vti infantes vel cum infantibus.

Hesych. κορίζομαι, ὑποκορίζομαι. ἐκορίζετο, — ὑπεκορίζετο. Phrynich. in Anecdot. gr. *Bekkeri* Vol. I. p. 47 κορίζεσθαι καὶ ὑποκορίζεσθαι ἄμφω· σημαίνει δὲ τὸ πρὸς τὰ κομιδῇ παιδία νήπια ψελλιζόμενον τῇ φωνῇ παίζειν· κόρος γὰρ ὁ παῖς καὶ τοὔνομα διττῶς κόρισμα [3]) καὶ ὑποκόρισμα. Timaeus in Lex. Plat. s. v. ὑποκορίζεσθαι· πρὸς κόρην ἢ κόρον λέγειν ἀποσμικροῦντα, οἷον ἱππάριον, πατρίδιον, vid. *Bast.* in Append. ad Ep. crit. p. 25. Talia ὑποκορίσματα post ἄσημα κνυζήματα sunt apud Herodot. II. 2 βεκός al. βέκος et βέκ, vid. interprr. Hesych. ad h. v.; πᾶς, μᾶ, πάπας, παπίας, μάμμία vid. Eustath. p. 565, et hanc balbutiendi rationem verba παππάζω, ποππύζω, ποππυλιάζω exprimunt, pariter atque ὑποκορίζειν et quod rem denotat ὑποκόρισμα Eustath. l. l.; ita σάθων ap. Hesych., ἀποψάς· ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς ὑποκόρισμα Lex. rhet. sophistic. in *Bekkeri* Anecd. gr. p. 440. Plura eius generis videbis ap. Aristophan. in Nub. v. 1385 sqq. et schol. ad h. l.; βρῦν ibi mutare voluerunt *Scaliger* et *Stephan.* in diss. de dialecto Attica, quod iam *Schneiderus* in Lexic. s. h. v., vti video, annotavit, q. cfr. Nihil mutandum esse docet locus Phry-

---

3) Hanc vocem ne *Stephanus* quidem habet.

nichi in *Bekk.* Anecd. gr. p. 31: *Βρῦ· τὸ ὑποκόρισμα, ὃ ἐστι λεγόμενον τοῖς παιδίοις σύμβολον τοῦ πιεῖν. ὅπερ ἔνιοι σὺν τῷ ō γράφουσι βροῦ,* et clare demonstrat alius in Lexico *Ἄλλος ἀλφάβητος* siue Antiatticist. ibid. p. 85: *Βρῦ· ἐπὶ τοῦ πιεῖν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις δευτέραις.* Huc referendus est locus Persii Sat. III. v. 16 sqq. Vlpian. ad Demosth. *περὶ παραπρεσβ.* p. 272 *ὑποκορίζεσθαί ἐστι κυρίως τὸ τοῖς παισὶ πρὸς ψυχαγωγίαν λέγειν τινὰ ὀνόματα.* Theophr. Char. XX. 1.

II. Magnitudinem alicuius rei deminuo propter minorem rei conditionem.

Hanc significationem maxime frequentem multis locis comprobare possem; ablego ad Lexicographos, Glossographos et Grammaticos veteres.

III. Magnitudinem alicuius rei imminuo blandiendi causa, *blandior, adulor.*

Hinc in Etym. M., Hesych., Suid., Zonar., Phot., Phavor. additur in explicatione huius vocis *κολακεύω.* *Fischerus* in Animaduerss. ad Well. Gr. Spec. II. p. 55 affert locum e Schol. ad Aristoph. Acharn. v. 403, et ad *Barnes.* obs. ad Eurip. Cyclop. v. 515, et *Valcken.* ad Herodot. V. 5 ablegat. Simplex *κορίζομαι* ita legitur Aristophan. Nub. v. 68.

IV. Magnitudinem alicuius rei et veram eius conditionem deminuendo celo, aliamque ei affingo; hinc orta est notio *simulandi et fingendi, imitandi.*

Etym. M., Suid., Zonar., Phot. addunt *ὑποκρίνεσθαι,* adde h. l. iis, quos *Ruhnkenius* ad Tim. Lex. p. 267 not. 6 annotauit, qui hanc significationem veteribus incognitam et recentioribus tantum vsitatam esse putat. Sensu imitandi, veluti puerulos imitantur, qui eodum more balbutiunt, posuit Philostratus in Vit. Sophist. II. 10. 2 [ob amorem et studium, non irrisionis causa]. Huc sine dubio etiam referenda est significatio vocis *ὑποκόρισμα* ap. Eustath. p. 1314 l. 54: *δηλοῖ δ' ἐν τούτῳ ἡ ἀμφιδίνησις τοῦ κασσιτερίνου χεύματος, τὸ*

γάνωμα, ὅπερ ἐπινενόηται πρὸς ἀργύρου ὑποκόρισμα, καὶ εἰς ἀπάτην οὐ μόνον τῶν ἄλλως βλεπόντων, ἀλλά που καὶ τοῦ ἔχοντος. Stannum argenti splendorem ad fraudem vsque imitatur.

V. Magnitudinem alicuius rei deminuo contemtionis causa, aut vt *videar contemnere*, aut quod reuera *contemno*. Illud modestiae, hoc superbiae est. Hinc deriuantur notiones *superbiendi*, *contemnendi*, *irridendi*.

Modestiae causa nonnumquam rei magnitudinem imminui, notum est; ita *hortulus meus*, οἰκίδιόν μου, et innumera alia.

Contemnendi causa a philosophis inprimis Academicis et Stoicis vsurpata sunt ὑποκοριστικά, interdum etiam a Comico. Vide v. c. Epictet. Ench. II. XII. XVII. XXIV. XXXVI. In latina lingua idem fieri a Grammaticis notatum est. Hinc significat ὑποκορίζομαι sperno, humiliter tracto, despicio, irrideo. Etym. M., Suid., Phauorin., Zonaras, et Photius e Xenophonte locum afferunt, vbi ὑποκοριζόμενοι idem significet, quod διασύροντες. Legitur ille locus in Xenophont. Memorab. II. 1. 26, vbi *Κακία* Herculi interroganti respondet: οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι καλοῦσί με Εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι ὀνομάζουσί με Κακίαν.

Toupius in Emendat. ad Suid. Tom. I. p. 524 edit. Lips. coniecit μὴ ὑποκοριζόμενοι, quam coniecturam *Ernestius* acerbe quidem, sed vere refutauit ad h. l. Vir d. quid. in libro *Neue allgemeine deutsche Bibliothek* Vol. LXX. p. 442, vti *Sturzius* in Lexic. Xenophont. ad v. ὑποκορίζεσθαι monet, scribendum esse putauit ὑποκνιζόμενοι; *Valeken.* ab alia manu h. v. addit. esse, et *Ruhnken.* verba ita transponenda esse censet (vterque ap. *Pierson.* ad Moer. p. 381): οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι ὑποκοριζόμενοι καλοῦσί με Εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με ὀ. μ. Κ. Retinenda est et lectio et lectionis series.

Glossographi illi veteres ad rem proxime accesserunt; ita enim explicandus est locus: „amici me *Εὐδαιμονίαν* nominant, inimici vero despicientes et irridentes *Κακίαν*."

Aliam huius verbi formam ἐπικορίζω similem significationem habere puto.

In Aristotelis Histor. Animal. libr. IX. c. 8. legebantur haec ante *Schneiderum*: καὶ τῶν περδίκων δὲ οἱ τιθασσοὶ τοὺς ἀγρίους πέρδικας ὀχεύουσι καὶ ἐπικορίζουσι καὶ ὑβρίζουσιν. Interpres vet. ita expl. „humiliter tractant." *Bochartum* (Hierozoic. P. II. l. I. c. 13) sequutus *Schneiderus* scripsit ἐπικοῤῥίζουσι (cfr. ad h. l. et in Lex. gr. s. h. v.), explicans ἐπὶ κόῤῥης πατάσσουσι, rostris capita pungentes et caedentes. Iam quidem verum est, vti e vocab. κόρος, κοῦρος, κόρη formantur verba κορίζω, κουρίζω, διακορέω, διακορεύω, διακορίζω, ὑποκορίζω, ita e voc. κόῤῥη verba κοῤῥέω, κοῤῥίζω et ἐπικοῤῥίζω formari posse. Hanc ob causam scribendum fortassis in Hesychio pro ἐπίκοῤῥι ἐπὶ κονδυλίω ita: ἐπικοῤῥιῶ· ἐπικονδυλιῶ, causam palaeographicam inuenies ap. *Bast.* ad Gregor. Corinth. p. 749; ἐπικόῤῥιστον enim Hesychius κατακονδύλιστον esse dicit. Si vera correctio est apud eund. ἀνεπικόῤῥιστος vid. Interpr. ib. et *Schaef.* ad Gregor. Corinth. p. 917, quod vix in dubitationem vocari potest, pro ἄπιστος ἀνύβριστος lege cum *Guietio* ἄπαιστος ἀνύβριστος.

Quae quidem quanquam ita sunt, tamen me non commouent, vt correctionem *Schneideri* in Aristotel. l. com. ex asse comprobem. Ὑβρίζουσι, quod ibi sequitur, nihil probat, quum de quauis actione e fastu et insolentia orta dicatur. Aristoteles loquitur de pruritu libidinosissimo perdicum, qui masculis etiam certo anni tempore tanquam foeminis vtantur. Pugnant masculi ὁ δὲ ἡττηθεὶς ἀκολουθεῖ τῷ νικήσαντι ὑπὸ τούτου ὀχευόμενος μόνου. — — — καὶ ἐπὶ τῶν ὀρτύγων ὡσαύτως· ἐνίοτε δὲ συμβαίνει τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀλεκτρυόνων;

ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἱεροῖς, ὅπου ἄνευ θηλειῶν ἀνάκεινται, τὸν ἀνατιθέμενον πάντες εὐλόγως ὀχεύουσι. Καὶ τῶν περδίκων δὲ οἱ τιθασσοὶ τοὺς ἀγρίους πέρδικας ὀχεύουσι καὶ ἐπικορίζουσι καὶ ὑβρίζουσι. Cicures perdices feros (captos iisque additos) subagitant, eos (ita, vti feri alios victos et superatos) despiciunt (et humiliter tractant ac ludibrio habent, iis veluti foeminis vtentes,), et omnino petulanter atque insolenter agunt.

Primum enim haud scio an parum recte cogitari possit de ictibus, quibus (non vti feri secum pugnantes, sed vti feri victis aliis feris, iisdemque masculis, insidentes) capita eorum pertundant. Similis Plinii locus Hist. Nat. l. X. c. XXXIII, qui ibi dicit: *perdices* —; *a domitis* (i. e. cicuribus) *feros et nouos* (i. e. recens captos et iis additos), *aut victos* (ab aliis feris vincentibus) *iniri promiscue*, respiciendus est. Deinde vero minus aptum videtur hoc loco verbum, quo denotatur: in hominis capite aut certam partem, aut caput certo modo ferire. Cfr. quae Glossographi et Lexicographi veteres, quorum verba hic accumulare nolo, annotarunt ad verba *κόῤῥη, ἐπὶ κόῤῥης, κόνδυλος, κονδυλίζω*, et Eustath. p. 492.

Iam quidem si hoc vocabulum ita reuera explicari potest hoc loco, locus Moeridis s. v. *ὑποκορίζεσθαι* recte se habet, vbi haec: *ὑποκ. Ἀττικῶς· ἐπικορίζεσθαι Ἑλληνικῶς*, tunc enim *ὑποκορίζεσθαι* significat ibi contemnere; huius rei veritatem probat Etym. M.: *ἀνεπικόριστος ἀνύβριστος*[4]). In quo loco non magis aliquid mutandum esse credo, quam in illis.

4) Hanc ob causam *ἐπικορίζω* non eiiciendum e Lexicis; adscribe iis, *ἀνεπικόριστος*, et e Glossar. *Stephani*: „*Κορίζω* cimico", a voc. *κόρις* cimex, hoc in Indic. affert, illud verbum non commemorat. Significationibus voc. *κόῤῥη* εἰκόρ-

Mutandum vero esse puto vocabulum in Hesychio, vbi legitur *κορίσαι, ὑψῶσαι*, lege *κορίσαι, ὑψωθῆναι* cfr. *Bast.* ad Gregor. Corinth. p. 512 coll. 776; superbire enim significat h. l., vti *κοριῶντα* idem Hesychius explicat *γαυρούμενον*.

Cum verbo *σκώπτειν* coniungit Arrian. Ep. IV. 1.

VI. Magnitudinem malae alicuius rei deminuo eandemque quasi blandiendo *meliorem reddo; malum, magnitudine eius imminuta, mitioribus verbis eloquor.*

Egregia est *Ruhnkenii* obseruatio, ad Tim. Lex. p. 266 not. 6, de *duplici ὑποκορισμῷ*, altero in *verbis*, altero in *sententia*, quorum *ille bonas* et *malas res* promiscue, hic vero *malas* tantum minuat. Sed si rem accuratius perspexeris, videbis, priorem esse illum in verbis *ὑποκορισμόν*, sequi alterum in sententia conspicuum, ad quem transitus illo intercedente fiat.

Exempla hujus *ὑποκορισμοῦ* satis multa reperiuntur. *Ruhnkenius* l. l. ipse e Platone et aliis aliquot attulit locos; adde Plutarchi a *Wittero* et *Oudendorpio* ad Thom. Mag. (p. 873 ed. Bernard.) notatos, Aristid. Vol. II. p. 112 ed. *Iebb.*, ibique Schol, Ovid. Ars Am. II. v. 657 sqq., Cic. ad Attic. IX. 10, Horat. Sat. I. 3. 44, et al.

Cfr. hac de re, quae Thom. Mag. l. l. habet; locum Demosthenis exhibent Etym. Magn., Suid., Zonar., et Photius, indicarunt eum iam interprr. In Photii Lex. pro v. *ἑτερίαν* lege: *ἑταιρείαν*, alia iam emendauit *Schleusnerus* V. Cel., in Etymol. Magn. l. l. scribendum est pro *ἐπὶ τοῦ εὐφημοῦντος καὶ τὸ αἰσχρὸν εὐφήμως ὀνομάζοντος*, [Demosthenes ponit verbum „*ὑποκοριζόμενοι*"] *ἐπὶ τοῦ „εὐφημοῦντες" κ. „τ. ἀ. ε. ὀνομάζοντες"*. *'Επὶ* cum genitiuo apud Scholiographos et Grammaticos saepenumero plane idem est, quod *ἀντὶ*

σῃ, quas *Stephanus* in Thes. Gr. recenset, addatur *μήνιγξ* vid. Tzetz. ad Lycophr. v. 507 et 711.

cum genitiuo. Ita „ἐπὶ τοῦ" in Eustathii commentar. saepissime me legere memini pro „ἀντὶ τοῦ"

Adde loc. Eustath. p. 1082 l. 30.

Iam quidem ad ipsa ὑποκοριστικὰ progrediamur.

Quid sit ὑποκοριστικὸν iam supra declaraui, describunt etiam grammat. vet., Etym. M., Dionys. Thrax ap. *Fabric.* in Biblioth. gr. Tom. V. p. 50, eius commentatorum aliquis ap. *Bast.* epist. crit. p. 185, Theodor. Gaza p. 127. ed. Basil. 1529, Phauorin., al.

Gaza l. l. p. 9 (lib. I.) *nouem* recenset eorum formas: *ὑποκοριστικὸν δὲ τὸ μὲν εἰς κος, οἷον ἀνθρωπίσκος, νεανίσκος· τὸ δὲ εἰς ιον, οἷον ἀνθρώπιον· τὸ δὲ εἰς αδιον, οἷον κρεάδιον· τὸ δὲ εἰς υδριον, οἷον λογύδριον· τὸ δὲ εἰς υλλιον, οἷον μειρακύλλιον· τὸ δὲ εἰς υφιον, οἷον ζωΰφιον· τὸ δὲ εἰς αριον οἷον πάριον* (lege *ποάριον*)· *τὸ δὲ εἰς αξ, οἷον λίθαξ· τὸ δὲ εἰς ις ἐπὶ θηλικοῦ, οἷον νησίς.* Idem II p. 28. masculinorum n. d. *sex* formas, foemininorum *tres*, et verb. neutrius generis *vnam* affert. *Τὰ δὲ ὑποκοριστικὰ ἀπὸ κυρίων τε καὶ προσηγορικῶν σχηματίζεται, οἷον ἀπὸ μὲν τοῦ Ζηνόδωρος Ζηνᾶς, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄνθρωπος ἀνθρωπίσκος. Εἴδη δὲ τῶν ἀρσενικῶν ἕξ· εἰς ων δισυλλάβως Βάκχων, ὁ Βακχυλίδης· εἰς ων παραλήγον τῷ ι μωρίων, ὁ μωρός· εἰς αξ ῥόδαξ, ὁ ῥόδιος· εἰς ας Ζηνᾶς, Μητρᾶς· εἰς κος ἀνθρωπίσκος· εἰς λος ναυτίλος, ὁ ναύτης. Τῶν δὲ θηλυκῶν τρία· εἰς ων Ὑψων, ἡ Ὑψιπύλη· εἰς ις θεραπαινίς, ἡ θεράπαινα· εἰς κη παιδίσκη, ἡ παῖς. Τῶν δὲ οὐδετέρων ἓν εἰς ιον μειρακύλλιον.*

Constantinus Lascaris (edit. Constantinopolit. 800 8. p. 123 sq.) masculinorum *quinque*, foemininorum *duas* verborum neutrius generis *octo* formas esse dicit: *Ὑποκοριστικὸν ὄνομά ἐστι τὸ μείωσιν τοῦ πρωτοτύπου δηλοῦν. Τούτου δὲ τὰ μὲν ἀρσενικά, τὰ δὲ θηλυκά, τὰ δὲ οὐδέτερα ἀπὸ κυρίων καὶ προσηγορικῶν παραγόμενα. Καὶ*

τῶν μὲν ἀρσενικῶν καταλήξεις εἰσὶ πέντε· ας, οἷον Μηνᾶς· ων, οἷον μωρίων· αξ, οἷον λίθαξ· σκος, οἷον, ἀνθρωπίσκος· λος, οἷον παντίλος. Τῶν δὲ θηλυκῶν δύω· ις, οἷον θεραπαινὶς, καὶ σκη, οἷον παιδίσκη. Τῶν δὲ οὐδετέρων παραλήξεις ὀκτὼ εἰς ον ληγόντων· νι, οἷον ὀψώνιον· κι, οἷον μειράκιον· δρι, οἷον λογύδριον (ita scrib.)· λλι, οἷον μειρακύλλιον· φι, οἷον ζωΰφιον· χνι, οἷον πολίχνιον· πι, οἷον ἀνθρώπιον· δι, οἷον κρεάδιον. . . .

Eustath. p. 1653 l. 31 sq. ed. Rom., quam vbique innuo, haec annotauit: ὅτι δὲ ὑποκοριστικῶν τύποι διάφοροι, δῆλον ἐκ παλαιῶν, idem p. 1196 l. 13 οἱ μέντοι μεθ' Ὅμηρον, dicit, ἀφειδῶς ὑποκορίζουσι σχήμασι κατασμικρύνοντες μυρίοις τὰ πρωτότυπα, quae more suo exscripsit Phauorinus s. v. οἰκία.

Locos singulos et Eustathii et aliorum, qui singulas deminutiuorum formas spectant, ad singulam quamque commemorabo. Atque quum *Fischerus* in Animaduersionum ad *Welleri* Gr. gr. Specimine II. p. 24 — 37 perquam diligenter de iis egerit, hunc potissimum sequar, ita vero, vt interdum, vbi plura inuenerim, quae eius sententiam infringant, eum oppugnem, contra in aliis muniam, vbi recte vidisse videatur.

Deminuuntur igitur verba [siue notiones et res, quae verbis exprimuntur] ita, vt variae iis adiiciantur terminationes, in quas desinant; quarum rationem constituamus *triplicem*.

Prima esto, qua *vna* tantum syllaba verbo addita deminutio indicatur. Huius rationis deminuendorum verbormu formas inueni *duodecim*, masculas quidem *sex*, *totidemque* foemininas.

Illarum prima est αξ, ap. *Fischer.* l. l. V; adde *Bast.* ad Gregor. Corinth. p. 240, qui multa ibi collegit, Eustath. p. 1349 l. 64, 1720 l. 60, Etym. M. s. v.

βωμαξ. Nominatiuus ος vel ιος mutatur in αξ, vti ῥόδιος ῥόδαξ, vid. *Bast.* et Gaza ll. ll. Alios locos infra afferam, vid. ισκος.

Secunda forma est ων, ap. *Fischer.* XXVIII, adde Eustath. p. 1653 l. 31, Phrynich. in Anecdot. graec. *Bekkeri*, Tom. I. p. 59; mutatur nominatiuus. *Μετασχηματισμὸν* nominatiui ὑλιδης, et ιδης omnino, in ων commemorat Eustath. l. l.

Tertia in ας, *Fischer.* VII; adde, quos *Matthiae* p. 129 n. a) in Gr. gr. commemorauit, et quae N. T. interprr. de nominibus Lucae et Thomae annotarunt. Praeter περισπωμένην et contractam formam alia est ὀξύτονος, de qua mox dicetur.

Quarta est υς ap. *Fischer.* XXV; adde Schol. ad Theocrit. *Eiδ.* XV. v. 13, Eustath. p. 565 l. 27, 886 l. 36, 971 l. 30, 1048 l. 29, Gregor. Corinth. p. 320, ibiq. interprr.

De quinta χνος siue κνος inferius monebimus; sexta ις μετασχηματισμῷ ὑποκοριστικῷ formatur vid. *Fischer.* XIV.

Foemininae formae deminuentes, vnius syllabae, sunt totidem. Prima est ις ap. *Fisch.* not. XIV; adde Etymol. Magn. s. v. ἀκὶς p. 44. edit. *Schaeferian.*, Eustath. p. 1531 l. 55 sq. His accensetur etiam μετασχηματισμὸς Ἰφιάνασσα, Ἶφις et simil., vid. Etymolog. Magn. s. v. ἀστρίας.

Sequitur ας v. c. λιθάς, Eustath. p. 1944 l. 43, non enim negat deminutiuam esse hanc formam, sed dicit οὐκ ἐξ ἀνάγκης esse.

Tertia est ια ap. *Fischer.* not. XXVII.

Quarta est χνη siue κνη et χνις siue κνις. Iam *Caninius* Hellen. p. 231 rectissime χνη constituit, non ιχνη et ιχνις vti *Fischer.* not. XVI, addas modo, quos prae-

terea notaui huius formae modos. Neque enim *ακνη*, quam *Fischerus* IV formam esse vult, reuera est, sed vtramque complectitur *χνη* sine *κνη*, e qua deinde orta est *χνις* s. *κνις*. Formam deminutiuam esse declarant verba Schol. Aristophan. ad Plut. v. 545, ad quem *Fischerus* ablegat: Ὑποκοριστικῶς δὲ λέγεται ἡ πιθάκνη κατὰ τὸ πολίχνη, adde Lexic. rhetoric. in *Bekkeri* Anecdot. graec. Vol. I. p. 290, Etymol. Magn. s. v. πιθάκνη. Formantur hae formae e genitiuis ita, vt loco vltimarum literarum τοῦ πρωτοτύπου *χνος* aut *χνη* vel *χνις* adiatur: vbi vero excidit (antecedens) *κ* *interdum* etiam in *κνος*, *κνη*, *κνις*, mutantur. Πόλις, πόλι-ος, πολί-χνη, πίθαξ, πίθακ-ος, πιθά (κ)-κνη, κύλιξ, κύλικ-ος, κυλί (κ)-κνη, sed etiam κυλιχνὸς, κυλίχνη, κυλιχνίς, aliis in locis reperiuntur.

Quinta est *ιξ* siue *ιγξ*. Eustath. p. 1533 l. 44: Λάϊγγας δὲ λέγει τὰ σμικρὰ λιθάρια. Zonar. Lexic. p. 1281: λάϊγξ ὁ μικρὸς λίθος· παρὰ τὴν λαὸς (scr. λᾶος) γενικὴν λάϊξ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ *γ* λάϊγξ, ἔνθεν καὶ τὸ λάϊγγες· κ. τ. λ., adde Etym. Magn. s. v. λάϊγγες. Huius generis sunt etiam φύσιγξ et alia quaedam v. c. κόλλιξ vid. Galen. Glossar. p. 504. Huc etiam referendus est locus Tzetzae ad Lycophron. v. 46 p. 342 ed. *Müller.*, qui tum e codd., tum e Phauorino, qui eum in suum vsum conuertit, ita scribendus est: Σπήλιγξ σπήλαιον (*Müller.* σπήλυγξ, sed aduersatur literarum ordo in Phauorin. Lex.). Ἐτυμολογεῖται δὲ σπήλαιον παρὰ τὸ ἐσπασμένους τοὺς λᾶας εἶναι. Καὶ ὑποκοριστικῶς σπήλιγξ ἡ ἐσπασμένη λάϊξ ἤτοι λιθίς, ὅθεν καὶ ἄμεινον γράφεσθαι διὰ τοῦ *ι*· τροπῇ δὲ τοῦ διχρόνου εἰς δίχρονον διὰ τοῦ *υ* ψιλοῦ σπηλυγξ γράφεται. Ex vltimis vice versa Phauorinus emendatur.

De sexta forma *αξ* paullo inferius erit sermo.

Sequuntur eae deminutiuorum formae, quae *duabus syllabis* verbo additis deminutionem indicant; numerus omnis est XXIII, constat masculinarum duodecim, foemininarum autem septem, et formarum neutrius generis quatuor.

Masculinarum *prima* est ακος: si ad viuum resecueris non tam peculiaris deminutiuorum forma videbitur, quam e μεταγωγῇ τῆς γενικῆς εἰς εὐθεῖαν orta. Cfr. de hac Gregor. Corinth. p. 591 sqq. edit. *Schaeferian.*, interpretum obseruationes ad hunc locum, vbi non *Bastio*, sed *Schaefero* assentior, et quos laudat *Schaeferus* in indice p. 1051. Non mutare debebat *Bastius*, *Is. Vossium* sequutus, in Hesychio πάσσακον ad Gregor. Corinth. p. 240.

Sequitur ιχος ικος, ap. *Fischer.* n. XVIII. Schol. Theocrit. ad *Eid.* IV. v. 20, a *Fischero* l. l. et *Koënio* ad Gregor. Corinth. p. 290 n. 27 ed. *Schaef.* commemoratus, hanc deminuendi formam Aeolicam esse perhibet, Gregor. Cor. l. l. et eius interprr. Doricam esse dicunt. Adde turbae exemplorum l. l. commemoratorum a *Koënio* et *Bastio*, et p. 994 a *Schaefero*, ὀρτάλιχος Eustath. p. 1625 l. 48 sq., Hesych. ibiq. interprr.

Tertia est ιων ap. *Fisch.* n. XIX, adde Eustath. p. 1655 l. 31.

Quarta (ιδης) ιδευς ap. *Fisch.* n. IX. Grammaticorum et recentiorum et veterum nonnulli patronymica esse putabant, cfr. ll. ll. a *Fischero*. Hoc certum est hanc formam plerumque de pullis catulisque poni. Si deriuanda esset haec forma ab ιδης, metaplasmo explicanda esset in nominibus propriis et patronymicis non rarissimo, tunc in numero plurali abiissent vv. in ιδέες ιδεῖς. Sed non est ita; adsunt nominatiui in ιδευς vid. *Fischer.* l. l., *Matthiae* gr. gr. §. 101. not. 5. Adde γαλιδεὺς ex Anecdot. gr. *Bekkeri* Tom. I. p. 88, vnde

patet veram esse emendationem *Stephani* in Hesychio factam, vid. ei. Thes. Gr. Ind. s. h. v., vbi solus Lexicographorum hanc vocem exhibet, κορωνιδεύς *Bekk.* l. l. p. 105.

Quinta est ισκος, ap. *Fisch.* n. XV; adde *Koën.* ad Gregor. Cor. ed. *Schaef.* p. 291, Eustath. p. 1004 l. 59, p. 1164 l. 16 sqq. Improbat v. μειρακίσκος Thom. Mag. p. 604 sq. ed. *Bernard.*, sed cfr. interprr. ad h. l. et Phrynich. eiusque interprr. Scribe vero in Thom. M. loc. et sexcentis aliis non μείραξ sed (ἡ) μεῖραξ. Foeminina enim duarum syllabarum, in quibus penultima φύσει longa est, vltimam in αξ exeuntem corripiunt ideoque προπερισπῶνται. Hoc disertis verbis docent Draco Stratonic. p. 47, l. 5 sq., et p. 76 l. 7 sqq., et Etymol. M. p. 418 ed. *Schaef.* (p. 460 l. 57 sq. *Sylburg.*), Draco p. 18, et regul. prosod. in *Hermanni* lib. de emend. ratio gr. gr. n. 63. Hunc locum apponam:

Εἰ δὲ ἡ μὲν πρὸ τέλους φύσει μακρὰ εἴη, ἡ δὲ τελευταία συστέλλεται, τὸ (Drac. l. l. p. 18, *συστέλλοιτο,*), *γένος θηλυκὸν ὁρᾶται πίδαξ* (leg. *πῖδαξ*, vti Drac. p. 18. 47. 76, Etym. M. l. l.), *λείμαξ* (*λεῖμαξ*, sed quum in Drac. p. 18 et 76 *κλῖμαξ* legatur, neque locum reperire potuerim, vbi *λειμαξ* foem. gener. positum sit, non pugnarem, si quis hic *λειμαξ* in *κλῖμαξ*, mutare vellet,), *βώλαξ* (lege *βῶλαξ*, vid. infr.), *μεῖραξ, τὸ μειράκιον, ἐπὶ θηλυκοῦ τεθειμένον, εὖ ἂν ἔχοι· ἔσθ᾽ ὅτε οἱ κωμικοὶ καὶ ἀρσενικῷ γένει τὴν σύνταξιν ποιοῦνται, ἀλλ᾽ εἰκὸς καὶ αὐτοὺς θηλυκῇ προσηγορίᾳ σκώπτειν τοὺς πασχητιῶντας.*

Μεῖραξ enim Attici non dicebant de mare, sed de foemina, vid. Moschopul. π. σχ. p. 131, Etymol. Magn. s. h. v. p. 528 ed. *Schaef.*, Thom. Mag. s. h. v., [in Moer. Attic. secundam ex *Hudsoni* coniecturis praefero, adstipulante *Piersono*,] Aelius Dionys. ap. Eustath. p. 1590 l. 44; sicubi de masculo legitur de molli, pathico et impurae libidini seruiente dictum est, exempla col-

legit *Graevius* ad Lucian. Soloec. p. 740, add. *Valcken.* ad Ammon. p. 91. Hanc ob causam in Hesychio verba: μείρακες. νέοι, νεώτεροι, γενναῖοι, fortassis ita scribenda sunt: μείρακες. νέοι νεώτεροι (Etymol. M. l. l. μ. — ὁ δυνάμενος ἤδη λέγειν)· γύναιοι (γυναικεῖοι).

Draco vltima in lib. l. ita exhibet p. 18: διὸ καὶ τὸ μείραξ (scribe μεῖραξ) ἐπὶ θηλυκοῦ (ἡ μεῖραξ) τιθέμενον εὖ ἂν ἔχοι, ὡς ἀγνοοῦντες δὲ τοῦτο ἔσθ' ὅτε οἱ κωμικοὶ καὶ ἀρσενικῷ γένει (ὁ μεῖραξ) τὴν σύνταξιν ποιοῦνται. ἀλλ' εἰκὸς αὐτοὺς θηλυκῇ προςηγορίᾳ κ. τ. λ. Ibidem vero scribe: βῶλαξ βῶμαξ, recenset enim ea Draco inter foeminina, quum autem duarum syllabarum sint, et penultimam φύσει longam habeant, vltimam corripiunt, διὸ καὶ προπερισπῶνται (p. 76). Quanquam quidem non reperi locum, vbi βῶμαξ foemin. genere positum sit, tamen quum Draco inter foeminina recenseat et analogia verbi βῶλαξ adsit, puto etiam v. βῶμαξ (ἡ) recte scribi, ita, vt duplex sit forma, quemadmodum ὁ βώλαξ et ἡ βῶλαξ Pind. Pyth. IV. v. 65 Apoll. Rhod. Argon. IV. v. 1734[5]), ἡ βῶμαξ et ὁ βώμαξ. Fortassis igitur non necessaria erat *Bastii* mutatio lectionis cod. cfr. Gregor. Cor. p. 240, si quidem codex MS. vere eam habet lectionem, quam videmus in Anecdot. gr. *Bekkeri* Vol. I. p. 85 βῶμαξ (ἡ), *Bastius* enim nihil monens βώμαξ dedit, ita, vt de masculina forma cogitandum sit. Masculina enim duarum syllabarum, penultimum φύσει longam habentia in vltima ᾱξ producunt, διὸ καὶ βαρύνονται (Drac. p. 51, coll. 18, 47, 51, regul. pros. et Etym. M. ll. ll. Excepta sunt ἄγναξ, γύλαξ (εἰσὶ δὲ ταῦτα κύρια ὀνόματα) σαύσαξ siue σαύταξ Draco. p. 18 (scr. γῦλαξ, σαῦσαξ, σαῦταξ),

5) καλλιβώλαξ et εὐβωλοστρόφητος, quorum vocabulorum illud nemo Lexicographorum, hoc *Hederic.* et *Schneider.* Lexic. exhibent, ita vero, vt *Schneidero* dubiae fidei esse videatur, adscrib. ex Eustath. p. 5851 l. 36.

σῦαξ, ὕλαξ, κῦαξ, siue vti regula pros. l. l. σαύσαξ, σῦλαξ, κῦαξ, quae non inueni; haec, licet penultima φύσει longa sit, corripiunt vltimam αξ, adde v. ὁ μεῖραξ, quando pathicum denotat. Anceps est καύαξ, ita enim e regul. prosod. l. l. in Draco. de metr. p. 18 pro v. καύναξ et p. 51. κάβαξ scribas, ἔστι δὲ ὄρνεον (p. 18) καύηξ quoque dictum et ab Hipponacte καύης, vid. Tzetz. ad Lycophr. v. 424 s. Tom. II. p. 595 ed. *Müller*., et ib. v. 741. s. p. 765, vulgo λάρος; scribendus est versus Hipponactis ap. Tzetz. ad Lycophron. v. 424:

Κίκων δ' ὁ πανδάλητος ἄμμορος καύης,

quod et codices iidemque optimi et ll. ll. suadent. Anceps etiam dicitur esse φύλαξ a Drac. p. 93.

In iis igitur locis, vbi μεῖραξ σκώπτει iuuenem mollem et pathicum, scribendum est: ὁ μεῖραξ.

Οἰκίσκος apud Atticos peculiari significatione denotat auiarium vid. Eustath. p. 1423 l. 4, Hesych., Harpocration. s. h. v. et al. Adscribe praeterea Eustath. p. 1004 l. 54 sqq., p. 1157 l. 53, p. 1164 l. 16, Phot. Lex. p. 253.

Sexta forma est ιλος siue ιλλος, ap. *Fischer*. XI; adde Eustath. p. 1555 l. 15 et 1625 l. 46. Lascar. p. 278 ed. Constantinop., Theodor. Gaz. l. III. p. 90 ed. Basil. 1525. Respondet ei Latinorum ellus et illus.

Ὄρχιλος. Locus Euphorionis in Tzetz. Schol. ad Lycophron. p. 664 ed. *Mülleri* emendandus est. Leguntur ibi haec:

ποικίλον οὐδὲ μέλαθρον Ὀρχίλοχος ἔπτη Κύζικος,
Οὐδ' ἤεισε κακὸν γάμον ἐχθομένη κρέξ.

Codd. Viteberg. II et III, et *Sebast.* exhibent Ὀρχίλοχος, reliqui Ὀρχίλος; pro ἐχθομένη Cod. Viteb. III. habet ἐρχομένη. *Thryllitzschius* ita legendum esse putauit:

ποικίλον ἀν δὲ μέλαθρον . . . ὄρχιλος ἔπτη Κυζικοῦ
ὅς δ' —.

Schneiderus in Annot. ad Aristotel. Hist. animal. Tom. IV. p. 6:

— — — Κύζικος

— οὐδ' ἤεισε —,

p. 114 autem

ὃν δ' ἤεισε — ἐχθόμενος κρέξ:

legit.

De nuptiis Cyzici sermo est, quas κρέξ, auis maritima, maxime infaustum in nuptiis omen, inauspicatas reddiderit. Ὀρχίλος est auis parua et libidinosa [6], item infausta nuptiis. Ruf. Festus Auien. in Prognosticis Arat. v. 473:

Orchilus infestus si floricomis hymenaeis
Ima petit terrae;

adde Schol. Aristophan. v. 1138.

Κρέξ dicitur foeminino genere, quod etiam optimi codd. schol. Tzetz. exhibent.

Scribo:

— — ποικίλος ἄντα μελάθρων ὀρχίλος ἔπτη
Κυζίκου, ἐν δ' ἤεισε κακὸν γάμον ἐχθομένη κρέξ.

In Phauorino s. v. Ὀρχίλος eadem vox cum v. Ὀρχίλοχος confunditur, et hic quoque, quod quiuis videt, ὀρχίλος restitui debet.

Septima ὕλυς siue ὕλλος apud *Fischer.* n. XXII et XXIII, adde Etymol. Magn. s. v. Ἥρυλλος et quae *Bastius* in Epist. critic. p. 243 et 245 habet, et *Koënius*, *Bastius* ac *Schaeferus* ad Gregor. Corinth. p. 281 sq., atque *Boissonadius*, *Bastius* et *Schaeferus* p. 290 ibid. annotarunt; Eustath. p. 1817 l. 60 sq.

---

6) Dicitur alio nomine σαλπιγκτής. Forma συριγκτής abest a Lexicis, legitur ap. Tzetz. Epexeges. Iliad. p. 130. Vox φαινοβόλος ab Hesychio ad voc. σαλπιγκτής posita, quam etiam Phauorinus habet, *Albertius* ne nunc quidem post admonitionem a se factam in Lexicis reperiret.

Octauam formam αλος constituere potest locus Galeni in Glossar. Hippocrat. p. 504 ed. *Franz.*

Κοκκαλου, οἱ μὲν πλεῖστοι τὸν πυρῆνα τοῦ στροβίλου. Διοσκουρίδης δὲ τὸν Κνίδειον κόκκον, ὑποκοριστικῶς. Fortassis huc vocari possit τρόφαλος vel τρόφαλλος vid. Hesych. ib. interprr.

Nona ινης praesidium inueniret in loco Eustathii iam supra ad f. αξ laudato p. 1720 l. 49, vbi inter alia etiam haec annotauit: καὶ ὅτι ὁ νέος ὀρφὸς ὑπ᾽ ἐνίων ὀρφακίνης, ὑποκοριστικῷ τύπῳ, καλεῖται, si reuera ita recte se habent. Respicere videtur hic locus alium in Athenaei Deipn. libr. VII. p. (157) 315 ed. C. 1598, vbi haec leguntur: Δωρίων δὲ τὸν νέον φησὶν ὀρφὸν ὑπ᾽ ἐνίων καλεῖσθαι ὀρφακίνην.

Decima est ινος, apud *Fischer.* not. XII, ibi iam locus Etymol. M., qui huc spectat, commemoratus est.

De alia ιλας, apud *Fischer.* XI, non habeo, quod afferam, neque de ιχρος, quam *Fischer.* formam demi-nutiuam esse putat vid. *F.* l. l. p. 32.

Pergamus ad foemininas formas.

Prima sit ισκη ap. *Fischer.* XV. de v. παιδίσκη vid. Phryn. p. 58 ed. *Höschel.*, Thom. Mag. p. 671 sq., ibid. interprr. Respicit mascul. f. V.

Secundum locum obtinet ιλη, ιλα siue ιλλη, ιλλα ap. *Fisch.* XI.

Sequitur tertia υλη, υλις, siue υλλα, υλλις, ap. *Fischer.* XXII et XXIII; respicit mascul. VII; vide, quae *Bastius* in Epistol. crit. p. 243 et 245 habet.

Quarta est ακις apud *Fischer.* n. III, commemoratur ab eo ἐριθακίς e Theocr. Εἰδ. III. v. 35, ibi Schol. μισθώτρια ἀπὸ τοῦ ἔριθος ὑποκοριστικῶς ἢ ὄνομα κύριον. Ad hanc vocem venit mihi in mentem loci, quem me legere memini in Tzetz. Schol. in Lycophron., necdum emendatum esse puto. Leguntur ibi ad vers.

Lycophron. 23 Tom. I. ed. *Müller.* p. 314. sq. haec: Ἴουλος δὲ σημαίνει — — — — καὶ τὸν ὕμνον, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ·

Ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
Δανδαΐτις στείχουσα καλὰς ἤειδεν ἰούλους.

Ita *Müllerus* scripsit, cod. Viteb. II et III δαδαίων et δανδαίων habent, vid. *Müll.* ad h. l. Etym. Magn. ita exhibet s. v. ἴουλος:

Ἡ χεργῆτις θεὸς ἐφ' ὑψηλοῦ ἐλεῶνος
δανδαΐτις στείχουσα, καλὰς δ' ἤειδεν ἰούλους.

In Editt. principe et Turrisan. vltima verba sic scripta videbis:

καλὰς δ' ἤει δ' ἰούλους

Turnisan. enim in vno tantum quod ἤει habet recedit. Io. Tzetz. in Chiliad. XIII. v. 494 δανδαΐτης. In Schol. *Stephan.* ad Apollon. Rhod. Argonautic. l. I. v. 972 haec ita leguntur:

Ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
δενδαλίδας τεύχουσα καλοὺς ἤειδεν ἰούλους

Iacobs. in Animaduersionn. ad Antholog. V. I. P. II. p. 314. (pro ἡ) ἦν scripsit. In Schol. Paris. ad Apollon. Rhod. l. l. haec inuenimus:

Ἦν δ' ἄρα χερνῆτις τὶς (sic) ἐφ' ὑψηλοῦ πετεῶνος
δενδαλίδας τεύχουσα, καλοὺς δ' ἤειδεν ἰούλους.

Brunckius, qui haec legerat (cfr. praefat. *Schaeferi* ad Tom. II. Apollon. Rhod. p. 6.), misso vocabulo πετεῶνος, et χερνῆτίς τις scriptis, pro sua emendatione venditauit in Not. ad h. v. Apollon. Vnde illa δ' ἄρα orta sint nescio, retinenda est vox ἔριθος, quum in omnibus aliis aut illo θεός indicetur, aut vere adsit, et quum in Schol. Paris. legantur ὄνομα ᾠδῆς ἐρίθου. Accedit, quod non oritur inde eiusdem rei repetitio, quia χερνῆτις mercenariam, ἔριθος vero καταχρηστικῶς tantum omnem mercenariam, κυρίως autem γεωργόν denotat. Itaque legendum esse puto:

Ἦν χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
δενδαλίδας τεύχουσα, καλὰς δ' ἤειδεν ἰούλους,

mercenaria ad rem frumentariam conducta, ἱερὰς κριθὰς parans, hymnum in Cererem cantabat. *Καλὰς* autem scribendum est ob locum Tzetz. Chil. XIII. 564 iam a *Müllero* adscriptum. Caeterum cfr. Od. *Υ.* v. 107. 119.

Quinta est αλις, αλλις, respic. mascul. VIII. De v. φυσαλίς vide *Stephan.* Thes., θρυαλλίς a v. θρύον formatum, vti ab ἄκανθα ἀκανθυλλίς, πυραλίς s. πυραλλίς Aristot. Histor. animal. l. IX. c. I. συκαλίς s. συκαλλίς, Eustath. p. 1964. l. 23, τροφαλίς s. τροφαλλίς, vid. Zonar. Lexic. p. 1748, Suid., Etym. Magn. p. 697 ed. *Schaef.*, Hesych. s. h. v., Eustath. p. 620 l. 15, 1339 l. 18, 1627 l. 31. In Hesych. s. h. v. scribe p. 1425 τυρὸς μαλακός, vulgo legitur μακρός. Cfr. hac de re Eustath. p. 1339 l. 18 et Hesych. v. Τρυφαλίδες s. Τρυφαλλίδες, ibi videbis τυρόν fuisse ἁπαλόν. Τροπαλλίς Etym. l. l.

Sextam ponit *Fischerus* not. VI. αρις; septimam hanc ινη, ινα, not. XII. De his autem quod praeterea moneam et addam non habeo. Vltima vero forma mihi nondum satis certa esse videtur.

Formae neutrius generis sunt quatuor αιον, ειον, ιον, ισκον.

Αιον ap. *Fischer.* II, γύναιον ex Achill. Tat. l. III. p. 212 ed. *Boden.* locum mihi indicauit *Spitznerus* meus. Permultos locos collegit *Reitz.* in Lex. Lucian. s. h. v., adde Diogen. Laërt. IV. 6. 19, Alciphron. I. 12, III. 50. 63.

Ειον γραμματεῖον Etymol. M. p. 218 ed. *Schaef.*, Lexic. rhetor. in *Bekkeri* Anecdot. gr. V. I. p. 226, 272, 273, σκαφεῖον Lexic. rhetoric. in Anecdot. gr. p. 301 et al., πορθμεῖον Hesych. σκαφίδιον, vid. *Doruill.* ad Chariton. p. 249 sq. ed. Lips.

Tertia est ιον, apud *Fischer.* n. XIII. Adde haec. Obseruauit de ea *H. Stephanus* in Paralipomenis gr. gr. 161: „— caeterarum terminationum nulla huic addi„tur; at vero haec plerisque illarum addita diminutio„nem auget." Cfr. Eustath. p. 268 l. 8, 745 l. 2, 1645 l. 57, 1554 l. 49 sq., 1675 l. 44 sq., 1680 l. 28, qui ll. in v. κοινότερον consentiunt ita, vt de mut. καινότερον non cogitandum sit, p. 1854 l. 50 sq., Schol. *Villoison.* p. 218 in., vbi legas lin. 11 ἰνίον (v. c. Il. *E.* v. 73.) Schol. Aristophan. Acharn. vt. 403, Etymol. Magn. p. 242 ed. *Schaef.* et 340, 409, 471, Phrynich in Anecdot. graec. *Bekkeri* Vol. I. p. 61. 61, Schol. ad Aristophan. Plut. v. 1098 ibidemque *Hemsterhuis. Bast.* et *Schaef.* ad Gregor. Corinth. p. 28. 320 sq. et Indic. plur. loc. Praeter formas, quas *Schaeferus* ibi Lexicis adscribendas notauit, incidi in has: ἀδέλφιον Eustath. p. 886 l. 36; χρανίδιον (a. v. χρανίς, — ίδος) Etymol. Magn. p. 218. ed. *Schaef.*, θεμάτιον ap. Tzetz. exeg. Iliad. ed. *Hermann.* p. 110. 152, θεραπόντιον Diogen. Laërt. l. IV. c. VIII. §. 3, κιβίσσιον siue κιβίσιον a v. κίβισις, de qua vera huius voc. forma multum disputatum est a VV. DD., vid. Interprr. Hesych. ad h. v., *Müller.* ad Schol. in Lycophron. v. 836 s. Tom. II. p. 825., ap. Cyrill. in Cod. Dresdensi, e quo nonnulla enotauit *Tittmannus* V. S. V. et praefixit Zonarae, v. p. CX; ita etiam scribendum esse puto in Zonar. Lex. p. 1215, deinde restituenda est eadem vox Eudociae in *Villoison.* Anecd. graec. P. I. p. 288, vbi legitur κισσύβιον. *Μητέριον* ap. Heliodor. libr. VII, ναυσίον apud Tzetz. Exeges. in Iliad. p. 87, ὀνειράτιον in Schol. *Stephan.* ad Apollon. Rhod. Argon. L. II. v. 197, κομάτιον in Etym. Magn. p. 524 ed. *Schaef.*, σακκίον solus *Stephan.* in Ind. Thes. Gr. e Poll. affert, adde Etymol. Magn. ed. *Schaef.* p. 415.

Ducitur plerumque a genitiuo hic ὑποκορισμός.

Forma διον, quam *Fischerus* n. X commemorat, nulla est.

ισκον, respic. mascul. V, foemin. II; vide fragment. Hipponactis in Sch. Lycophron. Tom. II. p. 842 ed. *Müller*:

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι καὶ κυπασσίσκον
καὶ σαμβαλίσκα κἀσκερίσκα, — κτλ.

Κυπασσίσκον scrib., vti iam *Thrylitzschius* vidit, cfr. *Mülleri* not. ad h. l. Sed etiam p. 841 pro v. *κυπασσίκια* scribendum est *κυπασσίσκα*; ita quoque p. 843 scribe *ἀσκερίσκα*, hoc et *σαμβαλίσκον* i. e. *σανδαλίσκον* adde Lexicis, nam vox *ἀσκέρισκον*, quam *Schneiderus* exhibet, nihili est. Scribenda autem esse videntur *παροξυτόνως*, ex analogia. *Ναΐσκος* refingatur ap. Strabon. p. 800 ed. *Casaubon.* vel Tom. VI. p. 532 ed. Lips.

Progrediamur ad *tertium* ordinem, qui complectitur eas deminuendi formas, quae *tribus* syllabis vocabulo additis deminutionem indicant. Sunt omnino septem, omnes quidem neutrius generis.

Primam ponimus *ιδιον* ap. *Fisch.* X. Adde Eustath. p. 675 l. 25 sq., 1645 l. 57, 1959 extr. et sq., in Etymol. Magn. p. 133 ed. *Schaef.* et p. 209, 217 sq., 315, 441, 484, 498, 507, 548; Tzetz. Exeges. Il. ed. *Hermann.* p. 107, Lascar. p. 273 ed. Constantinop., Comment. MS. in Dionys. Thrac. e quo locum communicauit *Schaeferus* ad Greg. Cor. p. 29, *Doruillius* ad Charit. p. 344, 616, Athenae. Lib. VII. p. 308 ext. edit. C. 1598, Photius in Lex. s. v. *οἰκίδιον*.

Vna tantum est forma *ιδιον*, haec autem propter antecedentem vocalem saepenumero ita immutatur, vt *αδιον*, *ειδιον*, *ηδιον*, *οιδιον*, *ουδιον*, *υδιον*, *ωδιον*, inde oriantur.

Incipiamus a forma *αδιον*. *Fischerus* l. l. p. 24 et 25 eam peculiarem quandam esse voluit, sed non est; exempla, quae ibi attulit aut ad ordinem *ιον* reuocan-

da sunt, aut orta sunt e contracto αιδιον. Vide Eustath. p. 1552 l. 31 sq., 1675 l. 45, Etym. Magn. ed. *Schaefer.* p. 655 et inprimis 217 et sq. Antecedente α vel αι ιδιον in αδιον mutatur, ι, vti in multis aliis fit, plerumque euanescit; in voc. γρᾴδιον ἡ παράδοσις ι seruat, vid. Etym. M. p. 218.

Sequitur ειδιον cfr. Etymolog. Magn. p. 218 s. v. γραφείδιον γραμματείδιον, p. 209, 133, 507, Tzetz. Exeges. Il. p. 107. Similis est ηδιον de q. cfr. Eustath. p. 1146 l. 56 sq. coll. Etym. M. s. v. λιτί, et id. p. 209 in., vbi satis fuse expositum est de hac forma. Vt ad ειδιον iam redeamus e locis laud. normam videbis, me nihil monente. De forma γραμματείδιον, vid. *Doruillius* ad Charit. p. 486, otium mihi fecit Etymol. M. auctor s. h. v. ἀμφίβολον esse dicens εἴτε διὰ τῆς ει διφθόγγου, εἴτε διὰ τοῦ ι. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ γραμμάτιον, τοῦ σημαίνοντος τὸ μικρὸν γράμμα, διὰ τοῦ ι γράφεται — — —· εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ γραμματεῖον γέγονε τοῦ σημαίνοντος τὴν μικρὰν δέλτον διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὥσπερ ἀγγεῖον, ἀγγείδιον· γραφείδιον.

Pergamus ad οιδιον ortam ex antecedente ο. Cfr. Eustath. p. 1400 l. 62 s., Thom. Magist. ῥοίδιον (sic) οὐ ῥοΐδιον, Phrynich. ed. *Hoeschel.* p. 40 ῥοΐδιον διαιροῦντες λέγουσιν οἱ ἀμαθεῖς, ἡμεῖς δὲ ῥοίδιον, sed ipse p. 14 βοΐδιον καὶ βοΐδιον ἀρχαῖα καὶ δόκιμα. Quae vero statim addit de forma υδιον dicens: οὐχὶ βούδιον καὶ βοΰδιον διὰ τοῦ υ, conferas cum loco Anti-Atticistae in *Bekkeri* Anecdot. graec. Vol. I. p. 85 Βούδια· οὐ μόνον βοΐδια. Ἕρμιππος Κέρκωψι. Respicias alia vocis βοῦς composita et locum eiusdem auctoris ib. p. 84 Βοῦ· ἀντὶ τοῦ βοός· Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ. Caeterum vide praeterea Etymol. Magn. p. 133, 209, 498, *Pierson* ad Moer. Attic. p. 276.

Addam -υδιον. Etymol. Magn. p. 217, vide etiam *Dauesii* Miscellan. crit. p. 214.

Restat ῴδιον, vide de hac forma Etym. M. p. 374, 441, 498.

Dignus est, quem apponam, locus Lascar. Gr. gr. ed. Constant. p. 273: *Τὰ εἰς ιδιον ὑποκοριστικὰ τῷ ι παραλήγει. οἷον γνωμίδιον, νησίδιον, ξιφίδιον. Σημειοῦνται α΄ τὰ κατὰ συγκοπὴν γινόμενα, οἷον ἀπὸ τοῦ γραφεῖον γραφείδιον καὶ συγκοπῇ γραφίδιον· β΄ Τὰ κατὰ συναίρεσιν διφθογγογραφούμενα, οἷον ἀπὸ τοῦ λέξις, λέξεως, λεξείδιον καὶ συναιρέσει λεξίδιον, καὶ ἀπὸ τοῦ βοῦς βοός, βοΐδιον καὶ συναιρέσει βοίδιον. γ΄ Τὰ ἀπὸ τῶν εἰς η ὀξυτόνων ἢ περισπωμένων φυλάττοντα τὸ η τοῦ πρωτοτύπου· οἷον γήδιον, πηγήδιον, κριθήδιον* (ib. p. 330 *γήδιον ὅτι γηΐδιον*). *δ΄ Τὰ ἀπὸ τῶν εἰς υς φυλάττοντα τὸ υ ψιλὸν τοῦ πρωτοτύπου, οἷον ἰχθύδιον, βοτρύδιον.* Idem p. 331 *Τὰ εἰς ωδιον οὐδέτερα μονογενῆ κατὰ συναίρεσιν ὑπογράφονται, οἷον ζῴδιον ἀντὶ ζωΐδιον, κῴδιον ἀντὶ κωΐδιον· ὁμοίως καὶ τὸ γαλῴδιον καὶ καλῴδιον καὶ στῴδιον.*

Caeterum *κρεάδιον* improbatum esse docet locus Anti-Atticistae in *Bekker.* Anecd. gr. V. I. p. 103: *κρεάδιον οὔ φασι δεῖν λέγειν τὸ ὑποκοριστικόν*, et *δακτυλίδιον* ib. p. 88, *οὐ δεῖν φασὶν ὑποκορίζεσθαι, οὐδ' ἂν μικρὸν ᾖ.*

A Lexicis absunt: *ἀπφίδιον*, adscribas e loco, quem *Bastius* ad Gregor. Corinth. p. 320 attulit, *ἀλυσείδιον* Lex. rhetor. sophist. in *Bekkeri* Anecdot. graec. Vol. I p. 380, *βλωμίδιον* Eustath. p. 1817 l. 55, *κεφαλάδιον* Etymol. Magn. p. 218 in., *κοτυλίδιον* Eustath. p. 1521. l. 52, *λαχανίδιον* Etym. M. 218 extr., *ὀψαρίδιον* ibid. p. 548, 218 extr., *πολείδιον* ibid. p. 153, *πραξείδιον* ibid. p. 206, *τυχύδιον* Eustath. p. 1552 l. 31, *στῴδιον* Etymol. M. p. 441, 498. Cur *Schneiderus βιβλίδιον* (adde: e. c. Eustath. 1960. l. 1, Etym. M., 217, 348), *ἐξείδιον* (Tzetz. Exeg. in Il. p. 107, Etym. M. 153), *ῥησείδιον* (adde:

Etym. M. p. 507), quae *Stephanus* habet, reiecerit, et προςκεφαλάδιον quod Eustath. p. 1552 l. 31 legitur, in dubium vocauerit, quum iam in *Hederic.* lex. gr. notatum sit, non video. Huc etiam vocare posses τριχίδια pisces quosdam minimos (Eustath. p. 1936 l. 17. ex Athen. et Callim.), quos *Stephan.* exhibet. Βούδιον, de quo supra dixi, apud omnes frustra quaeres.

Progredimur ad secundam formam αριον, ap. *Fischerum* VI. Vid. Eustath. p. 886 l. 35 sq., 1164 l. 20, 1571 l. 4, 1641 l. 8, 1680 l. 28, Etym. Magn. p. 133 s. v. ἁρμάριον, Phryn. in Anecdot. gr. *Bekkeri* Vol. I p. 49, Anti-Atticista ibid. p. 104, 107, 108, Comment. MS. Dionys. Thrac. apud *Bastium* in Epistol. crit. p. 195. not., *Doruillius* ad Chariton. p. 344, Interprr. Thom. Mag. p. 672 sq., Draco Stratonic. p. 56 sq., et 95.

H. Stephanus in Paralipomenis gr. gr. p. 161 de hac forma haec animaduertit: „Hoc quoque dignum „erat, cuius lector admoneretur, vnam praecipue ter-„minationem esse, quae cum diminutione contemptum „quoque plerumque significet. Eam autem esse αριον. „Sic certe dixit Xenophon ἱππάριον non de paruo tan-„tum, sed de vili equo. Sic ἀνθρωπάριον, sic γυναικά-„ριον per contemptum dicta memini me legere.“

Ita sane μυθάριον Strabo. p. 616 ed. *Cas.* legitur, ita multa alia, quae enumerare et longa serie apponere mora est. Sed haud puto hanc formam αριον *prae reliquis* istam vim et significationem habere, habent potius plurimae eam, et hoc naturae congruum est. Ita γύναιον, multa verba in ισκος, ισκη, ιον, et alias fere omnes formas, exeuntia, vide v. c. Hesych. γαλίδια. Sed si quid praecipuum est huic formae, inest in eo, quod recentior, saltem recentiore et seriore aetate inprimis in vsu fuisse videtur. Hanc rem non modo ingens turba verborum ita desinentium, quae apud antiquiores non reperiuntur, sed etiam diserta

testimonia probant. Cfr. praeter locos Eustathii iam supra p. 127 et hic laudatos, hosce p. 1037 l. 35, p. 1531 l. 38, p. 1533 l. 24. Idem innuunt praecepta quaedam Atticistarum, quibus de vsu eorum statuunt v. c. Phrynich. Eclog. p. 78 ed. *Hoesch.*, et ibid. p. 30, quanquam sibi non constant vid. praefation. *Hoeschelii* et not. ad h. l. atque Anti-Atticist. in *Bekkeri* Anecdot. graec. Vol. I p. 104, ac Phryn. ib. p. 49, et in Eclog. *Hoesch.* p. 56 ibiq. not. et in Anecd. V. I. p. 43.

Caeterum a Lexicographis nondum enotata deminutiua huius formae inueni haec: ἡλάριον (ἧλος) ap. Tzetz. Exeges. Iliad. p. 120, κεράτιον (κέρας) Eustath. p. 1037 l. 35, κοντάριον Eustath. p. 1641 l. 8, μναδάριον Anti-Atticist. in *Bekkeri* Anecdot. gr. Vol. I. p. 108, (μνᾶ) δ, vti in innumeris aliis v. c. quae in διον exire putantur et ad formam ιον referendae sunt, in hac forma mitioris et suauioris soni causa insertum est. Νεανισκάριον Arrian. Dissert. Epictet. II. 16, ὀρτάριον (πιλίον) Schol. Lycophron. Tom. II. p. 841 sqq. ed. *Müller*; στειλειάριον Eustath. p. 1531 l. 38; στημονάριον id. p. 1533 l. 24; χαλινάριον Etym. Magn. s. v. παρήϊον. De voce ὀρτάριον vid. not. *Mülleri* l. l. Ναννάριον [v. Hesych. s. h. v.], *Schneiderus* e *Stephan.* Thes. non recepit.

Formantur haec deminutiua e genitiuo singularis numeri omnium declinationum.

Tertio loco ponatur υδριον, ap. *Fischer.* XX. Phrynich. in Anecdot. graec. *Bekkeri* Vol. I. p. 6, Anti-Atticist. ibid. p. 95, Interprr. Hesych. ad ξιφύδριον et σκυφύδριον. Formantur e genitiuo, v. c. χεσύδριον Mosch. *Eid.* I. 13. Lexicis addi potest σχολύδριον e Tzetz. Schol. in Lycophron. v. 1414. s. Tom. II. p. 1028 ed. *Müller.* Πολύδριον ap. sol. *Stephan.* leg., sed sine test., inueni ap. Phauorin. s. v. πολίχνια.

Quarta sit υφιον ap. *Fischer.* XXVI. Vid. Comment.

M. in Dionys. Thrac., e quo locum attulit *Bastius* in Epistol. Critic. p. 195, vbi commemorantur *ζωΰφιον, δενδρύφιον*: *Bastius* addit: „— vix in vsu sunt.“ Gaza p. 92 Lascar. p. 303. *Bastius* l. l. rectissime *ὀρνίφιον* in locis Aelian. ll. mutauit in *ὀρνύφιον* codicem quendam sequutus. *Ιφιον* enim non est forma; sicubi occurrit, id fit ob librariorum incuriam, atque aut in *ηφιον* aut in *υφιον* mutanda est. Quod vero *Bastius* de vsu harum formarum dixit, non plane probo; „*ὀρνύφιον*“ Gloss. *Stephan.* s. v. „regauiolus“ p. 183, *ζωΰφιον* praet. l. a *Fischer.* commemor. memini me legere: in Eustath. p. 906 l. 57, 1547 l. 63, in Suid. s. v. *κογχλίδιον*, in Gaz. p. 92. in Lascar. p. 279, 280, 303, in Tzetz. schol. in Lycophr. v. 84 bis, 405, Exeg. Iliad. p. 93 bis, Etym. M. p. 139, Schol. Aristophan. Nub. v. 761, Schol. in Nicandr. Theriac. v. 760, adde ips. *Bast.* ib. p. 79; sed haec sufficiant. *Κερδύφιον*, quod iam *Fischer.* e Gloss. vet. (*Stephan.* p. 514) attulit tantum in *Stephani* Thes. Gr. inueni; *κωλύφιον*, quod commemorari debet, quanquam Phrynich. p. 14 ed. *Hoeschel.* improbat, a nemine notatum est.

Pergamus ad *αφιον*. Apud seriores frequentior eius vsus esse videtur, quam apud antiquiores. Eustath. p. 1532 l. 63 sq., Comment. MS. in Dionys. Thrac. e quo loc. exhib. *Schaef.* ad Gregor. Cor. p. 29, *Coray* ad Isocrat. T. II. p. 100, 333. *Μυράφιον* in Arriani l. a *Schneid.* in Lex. com. bene ab hoc defenditur contra *Schweighäuserum μυραλείφιον* ibi scribentem. *Χωράφιον* in Schol. ad Theocrit. *Εἰδ.* X. v. 3, Schol. ad Lycophron. v. 156, 258, Phauorin. s. v. *Ἀγήϊον*, Hesych. s. v. *ἀγρός*. *Ξυλάφιον* et *ξυράφιον* Eustath. l. l. l. 64, et hoc in Gloss. Stephan. p. 550; illud addas Lexicis. De voce *χρυσάφιον* iam *Schaeferus* l. l. monuit p. 1043. Cur *Lobeckius* meus hisce fidem non habuerit, nescio; haec enim dixit ad Aiac. p. 350: „— *χρυσάφιον*, quae perperam pro

deminutiuis habentur." *Schaeferus* autem l. l. rectissime his deminutiuis patrocinium haud denegat.

Ξυλοφάνιον, quod *Lobeckius* l. l. in ξυράφιον aut ξυλάφιον mutandum esse censet, non sollicitandum est. Omnis Hesychii locus ita vulgo legitur: Ἴχθον. ἄστρον. ἐγχειρίδιον. ξυλοφάνιον. Ἰχθύη, quam vocem iam *Lobeckius* l. l. proposuit, retinenda est, adde loc. ibi a *Lob.* l. Galen. Gloss. Hippocrat. p. 488 ed. *Franz.*, qui esse dicit ῥίνης θαλαττίας δέρμα ξηρόν. Pugnat quidem h. v. cum ordine literarum, sed Hesychius interdum ab ordine plerumque seruato recedit. Quod si id non ita h. l. foret, pro Ἰχθύη. λίστρον ἐγχειρίδιον. ξυλοφάνιον, legerem Ἰχθυῶν. λίστρων ἐγχειριδίων κ. τ. λ. Mutationem priorum verborum confirmant rationes palaeographicae et aliorum explicationes, videamus de reliquis. Λίστρον ἐγχειρίδιον erit instrumentum medicorum, Galen. l. l. „δύναται δὲ καὶ τὸν σιδηροῦν ὄνυχα, δηλοῦν, ᾧ περὶ τὰς ἐμβρυοτομίας [7]) χρώμεθα, διὰ τὴν πρὸς τὰς λεπίδας τῶν ἰχθυῶν ὁμοιότητα." — Λίστρον, ob formae similitudinem veri λίστρου vid. v. c. Phryn. s. v. κοχλιάριον p. 56 ed. *Hoesch.*

Erotianus in Gloss. in Hippocrat. p. 186 ed. *Franz.* Ἰχθύην· ῥίνημα ἢ πρίσμα. Φάνιον [8]) Suidas explicat sic: τόπος, εἰς ὃν τὰ καθάρματα ἐξέβαλον, eadem habet Etym. Magn. addito vocabulo: ῥητορική. Iam vero non difficillimum erit intellectu facilem fuisse transitum ab illa significatione: ῥίνημα, πρίσμα ad hanc: τόπος ἐν ᾧ κεῖται πρίσματα; a ramentis ad ramentorum aceruum, locumue, in quem ramenta coniici soleant. Quum prae-

---

7) Vulgo ita legitur ᾧπερ εἰς τὰς ἐμβρυουλκίας (quam vocem Lexica non habent,) καὶ ἐμβρυοτομίας χρώμεθα, ed. Ald. voc. ἐμβρυουλκίας omittit, et ita, vti ego scripsi, cod. MS. Mosquens. exhibet. Χρῆσθαι cum datiuo, addito περί, sequente accusat. vid. Xenoph. Expedit. Cyr. III. 5. 10 ed. *Zeune.*

8) Φάνιον hoc sensu *Stephanus* tantam exhibet in Thesaur. Gr.

terea forma ξυλοφάνιον simili μεωφάνιον (cfr. Hesych. ibidemque interprr. et, quos illi laudant, scriptores), inprimis autem illo ξυλοφᾶς, quod *Ducangius* in Gloss. enotauit, praesidium inueniat, eam non mutandam esse censeo. Duplicem exhibere voluit Hesychius vocabuli ἰχθύη significationem: prior est ei similis, quam Galenus l. l. praebet; posterior ei, quam in Erotiani loco inuenimus.

Σκιράφιον apud Harpocration. s. v. σκιράφια. Legas ibi: σκιράφια ἔλεγον τὰ κυβευτήρια, ἐπειδὴ διέτριβον ἐν σκίρῳ οἱ κυβεύοντες κ. τ. λ. Temere vituperauit *Gronouius Valesium*. Σκίρῳ ibi legendum est: si Σκίρῳ scribitur locus innuitur famosus (cfr. v. c. Stephan. Byzantin. s. h. v. et *Wagner*. ad Alciphron. III. 8 s. Tom. II. p. 37) vbi magna hominum huius farinae turba erat; sin σκίρῳ, denotat tentorium, tugurium, σκιάδιον, in quo ludebant, vid. Harpocrat. s. v. σκίρον. Ab vtroque σκιράφιον forma deminutiua esse potest, aut locum ob similem similium hominum colluuiem illi, qui Athenis erat, similem, aut tabernam et tugurium significans. A voce Σκίραφος autem et v. σκιραφεύω deriuatur σκιραφεῖον.

Excipiat hanc formam ηφιον.

Cfr. de ea Eustath. p. 1552 l. 64, Etym. Magn.: ξυλήφιον ὑποκοριστικῶς· δοκιμώτερον δὲ τὸ ξυλήφιον καὶ ξυλάριον. Sed non assentior *Lobeckio* meo p. ead. l. l. hanc formam plane reiicienti, et in αφιον eam rectius mutari statuenti, vid. Eust. l. l. et *Bastium* in Epistol. crit. p. 195, Zonar. Lex. p. 1419 s. h. v., Eustath. p. 1533 l. 48.

Proximus locus concedatur formae ηριον. Vide locum ex Etymol. Magn. l. Non eadem est, quae αριον, in hac enim vbiuis ᾰ coripitur, vid. Theodor. Gaz. l. III. p. 75 ed. Bas., Lascar. p. 142 ed. Constant., Draco Straton. p. 95.

De forma *ασιον*, quae est apud *Fischer.* VIII, res nondum certa mihi esse videtur. Vnicum, quod affertur, exemplum est *κοράσιον*, de qua voc. vid. Phrynich. p. 14 ed. *Hoeschel.*, et Thom. Magist. p. 548 ed. *Bernard.* et cfr., quae interpp. ad hh. ll. collegerunt, et quae ii attulerunt, quos hi laudant.

Neque maiori exemplorum numero confirmare possum formam *υνιον*, quae est ap. *Fischerum* XXIV. Zonar. Lexic. s. v. *στηθύνιον μέρος τι τοῦ στήθους· καὶ τὸ ὑποκοριστικόν.* Pollux. II. 162 *τῶν στηθῶν τὸ μέσον.* Phavorin. ed. Basil. 1538 p. 1681 *μέρος τι στήθους καὶ τὸ ὑποκοριστικόν* esse dicit. Sed Phrynichus p. 70 e. *Hoeschel.* *στηθύνιον*, inquit, *ὀρνιθίου λέγουσί τινες οὐχ ὑγιῶς· εἰ γὰρ χρὴ ὑποκοριστικῶς λέγειν* (*Scaliger:* (,) *λεγόντων*) *στηθίδιον.* *Εἰ δ' οὐκ ἔστιν ὑποκοριστικόν, πόθεν εἰςεκώμασε καὶ τοῦτο τὸ κακὸν τῇ τῶν Ἑλλήνων φωνῇ;* *Sturzius* in lib. de Dialecto Macedon. et Alexandr. p. 194 ex. et sq. in. „Et profecto sic (pro diminutiuo dictum), vel „omnino pro *στῆθος*, apud idoneos auctores non reperitur, sed in loco Ephippi apud Athenae. 2, p. 65 C, „et in versione Alexandrina Exod. XXIX.“ etc. In Etymol. M. s. h. v. *ὑποκοριστικῶς· μέρος τι στήθους.* Hic *στηθίνιον*, vti etiam in codd. MSS. quibusdam Zonar. et Pollux., scribitur; alibi *στηθήνιον*, vti in Phauorin. Scribendum est vbiuis *στηθύνιον*. Orta est varietas e creberrima commutatione et confusione litterarum *υ, η,* et *ι*; ita supra confundi vidimus *ηφιον* *υφιον* et *ιφιον*, *κιβίσιον* et *κιβύσιον*. *Bastius* in Epistol. crit. p. 18 plura notauit exempla confusarum vocum *πολυχνιον* et *πολιχνιον*. Ita v. c. in Cyrill. Glossar., e quo nonnulla dedit *Tittmannus* S. V. post praef. ad Zon. Lex. p. 101 *βάλβιτα* pro *βόλβιτα*, *ἐλαφιβόλος* pro *ἐλαφηβόλος*, de qua compositionis ratione vid. *Bastium* in Epistol. critic. p. 16 sq. ed. Lips., *Schaefer.* ad *Boissonad.* Marin. Vit.

Procl. p. 158, et *Lobeckium* meum in Programmate cui index est: Conditi Borussiarum regni memoriam anniuers. d. XVIII. Ian. — celebr. ind. etc. Regiomonti MDCCCXVI. Ad Cyrill. redeamus, ibi ἴσμαρος ἰμαρώνια, lege ἡ Μαρώνεια. Sed hisce confusionibus nihil frequentius.

Formae ακιον ap. *Fischer.* III., ίσκιον ap. *Fischer.* XV., ιχνιον, ap. eund. XVII., υλλιον ap. eund. XXI., adde Comment. ined. in Dionys. Thrac. loc. a *Bast.* in Epist. crit. p. 195 exhibit., et Gram. graec. Lascar. p. 280, si diligentius examinaueris, non peculiares esse videbuntur, sed auctae.

Augetur enim deminutio saepenumero eo, quod alia deminuendi forma insuper additur. Eustath. p. 1164 l. 20 dicit: ὑποκοριστικώτερον δὲ παιδίσκου τὸ παιδισκάριον, vide locum e *Stephani* Paralipomen. gr. gr. supra ad formam ιον adscriptum. Ita, vt innumeros alios locos taceam, Hesychius s. v. λεσήϊα, habet ἀσπιδίσκια, vbi scribendum esse pro λεσήϊα τὰ πτερόεντα. τὰ ἀσπιδίσκια. τὰ κοῦφα, ita: λαισήϊα τε πτερόεντα. τὰ ἀσπιδίσκια τὰ κοῦφα, ex Hom. Il. E. v. 453 M. v. 426 et Eustath. ad hh. ll. p. 570 et 911 quiuis intelligit. In Eustath. p. 570 l. 14 lege κοῦφα καθ' ἀ-πτερά. Simili modo imminuuntur in lingua latina v. c. *arcella*, arcellula; *ocellus*, ocellulus vid. Diomed. p. 313, Priscian. p. 610 *Putsch.*

Interdum etiam addito adiectiuo augetur deminutio. Id quidem fieri obseruatum est et in lingua graeca et in latina, vide *Sanctii* Mineru. p. 72, ed. Amstelodam. 1761 ibid. not., Priscian. p. 614, *Vechneri* Hellenolex. L. I. P. II. c. VI. s. p. 175 not. b), edit. *Heusing.*, *Doruill.* ad Chariton. p. 284 ed. Lips., *Fischer.* in Anim. ad Well. II. p. 36 sq.; adde Diogen. Laërt. III. 5. §. 5 μικρὰ κακύβια, Ceb. X. p. 17 Argent. θύριον μικρὸν Maxim. Tyr. Dissert. V. p. 46 ed. *Heins.*

χείμας δὲ τὴν λέξιν τοῖς ἄνω θείοις ἡφαιστοτεύκτοις οἴκοις, εἵλετο ἐπὶ ἄδου οἰκία, εἰπεῖν. Οἱ μέντοι μεθ' Ὅμηρον ἀφειδῶς ὑποκορίζουσι σχήμασι καταμικρύνοντες μυρίοις τὰ πρωτότυπα, οἵπερ οὐ μόνον οἰκίον φασὶ τὸν οἶκον καθ' ὑποκόρισιν 11), ἀλλὰ καὶ ῥικίδιον, καὶ χαλκίον δέ φασιν ἐκ τοῦ χαλκός, κατὰ τὸ χρυσὸς χρυσίον καὶ ἐκ τοῦ κῶνος δὲ κώνιον (Phauorin. κώνειον, fort. in vtroque loco scribend. est; κῶμος κώμιον cfr. Eustath. p. 268 l. 8, κωνιον, κώνίον scribitur) κ. τ. λ.

Recessit hic a priori huius legis seueritate σπάνια esse dicens, quae illic plane non adesse dixerat. Sed multo magis a semet ipso desciscit in loco, quem iam *Fischerus* l. l. indicauit, p. 1540, l. 53 sq.

Ibi enim haec leguntur: *Καὶ σημείωσαι, ὅτι εἰ καὶ παρατετήρηται, μὴ εἶναι ὑποκόρισμα παρὰ τῷ Ποιητῇ, ἀλλὰ τὸ λίθαξ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ, ὡς γὰρ νέος νέαξ νέακος, καὶ ὥσπερ σκύλαξ σκύλακος, οὕτω καὶ λίθαξ, ἢ καὶ λάϊξ* (ita enim et interpungendum et scribendum est), cfr. p. 1754 l. 58.

Adiunge his: μακρόπυλος *Schneid.* dub., e Phauorin. s. v. Τηλέπυλος et Eustath. p. 1649 l. 21, μακροϋπνία *Schneid.* dub., ex Eustath. p. 1951 l. 19 ed. Rom. (μακρονηχία ap. Hesych. τὸν μακρὸν τὸν συνέχοντα fortassis ita corrigitur: μακρονεχέα τὸν μακρὸν καὶ συνέχοντα,), μεγαλόδηλος e Porphyr. ad Il. *Δ* v. 155 ap. *Villoison.* p. 270, μεγαλεγκωμίαστος Tzetz. Il. p. 17, μεγαλοστένακτος Etym. M. p. 8. ed. *Schaef.*, μεγαλότοξος ib. p. 3, μεγαλουχία Hesych. (*Stephanus* habet Ind. Thes. Gr.), μεγαλοψόφητος Etym. M. p. 8 ed. *Schaef.* Ὀλιγοχρόνιος *Schneid.* dub., nescio quam ob causam. Vid. Phrynich. in Anecdot. gr. *Bekkeri* Vol. I p. 8, *Stephan.* in Thesaur. Gr., *Reitz.* in Lexic. Lucian., *Sturz.* in Lexic. Xenophont. Nuperrime tales voces Lexicis addendas indicarunt *Spitznerus* et *Friedemannus* in ll. de versu Gr. her. et de med. Pentam. gr. syllab. p. 149, 228, 350.

11) Hanc vocem adde Lexicis.

Pag. 1653 l. 29 haec reperies: Εἰ καὶ οἱ παλαιοὶ ἐξαιροῦσι τῆς ὁμηρικῆς ποιήσεως οἷα σμικροπρεπὲς τὸ ὑποκορίζεσθαι, ἀλλ' ὅμως ἔστιν οὐ κεῖσθαι καὶ τοιαῦταί τινες λέξεις δοκοῦσι προσφυῶς τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν, ἐν αἷς καὶ ἀγκαλὶς ἡ ἀγκάλη ἐν Ἰλιάδι, οἷον·

— ἐν ἀγκαλίδεσσι τιθήνης (X. v. 503)

καὶ·

παῖδες — ἐν ἀγκαλίδεσσι φέρον (τες) [Σ. v. 555.]

Iam quidem eum hoc non temere asserere, et his locis veriora dicere, quam illis, vbi eum cum grammaticis negare vidimus adesse in carm. homer. ὑποκοριστικά, censeo et persuasum mihi habeo.

Sola enim ratione duce atque magistra intelligamus necesse est, adesse et posse et debere in lingua, quanquam nondum philosophorum et dialecticorum studiis et curis amplificata, aucta, expolita, *deminutiuas formas*, hoc est eas, quibus addendis minor aliqua conditio alicuius rei significetur, quae [praeter maxime frequentem et fere solemnem conditionem] etiam aliqua maiori aliqua minori cogitari possit.

Ita αὐλός, πᾶν στενὸν ἐπίμηκες καὶ κοῖλον, vnde diversae significationes ortae sunt, quarum omnis vero haec causa subest; αὐλίσκος, praecipue de instrumento musico, αὖλαξ et αὐλών, αὐλός τις maioris conditionis, lira, sulcus, fossa, conuallis etc.

Periit vero interdum peculiaris huius significationis vis, ita, vt in ipsam fere significationem τοῦ πρωτοτύπου relaberetur. Hoc mirum videri non potest; idem enim accidit in verbis inchoatiuis, frequentatiuis, et aliis multis. Vti in hisce vsu quasi attritis notio adiuncta periit, ita in illis deminutionis vis sensim sensimque quiescere coepit, et inprimis posterioribus temporibus saepenumero deminutiua ita collocata videmus, vt de vera deminuendi notione cogitari non possit. Accidit autem hoc primum, vti videtur, in verbis vel

vulgares, et communi vitae consuetudine maxime vsitatas exprimentibus; serius in aliis.

Vno exemplo defungi liceat e Tzetz. Exeges. Iliad. p. 96 petito. Ibi παιδία dicuntur adolescentes, quorum vnum nouerca ad res Venereas inuitauerat, et incolae illius insulae, ad quam iactatus erat vterque, regem esse volebant. In recentioribus scriptoribus omnibus innumera sunt huius generis exempla.

Cauendum vero est, ne iusto cupidius in numerum deminutiuorum inferantur substantiua, quae terminationes habent illorum terminationibus similes, et propter hanc formarum similitudinem cum illis deminutiuis confundi possunt. Monuerunt ea de re *H. Stephanus, Reinesius*, et *Fischerus*. *Stephanus* in Paralipom. p. 159 haec habet: „De hoc ante omnia commonefaciendus erat lector nonnulla esse, quae diminutiuorum speciem prae se ferant, quum tamen haud talia sint. Ex hoc autem numero est ἴχνιον, quia hanc terminationem accipit κατὰ παραγωγὴν (vt Graeci grammatici loquuntur,) non quod ὑποκορισμὸς eo significetur: ideo accentum in antepenultima habet. Sed tamen αὔλιον, quod eodem modo προπαροξύνεται an ὑποκοριστικῶς, an κατὰ παραγωγὴν deductum esset ἀπὸ τῆς αὐλῆς, dubitatum fuit. — χρυσίον in deminutiui significatione me legere non memini. — De θεραπαινὶς etiam, an ex θεράπαινα per diminutionem sit factum merito quis ambigat.“ *Reinesius* in libr. Variar. lectionn. III. 6. p. 442 προστερνίδιον, προστηθίδιον, ἐπιμόχλιον, λημνίσκος, στόμιον, προνόμιον et ὑποκρητηρίδιον, quod vltimum *Laur. Valla* et *Casaubon.* deminutionis significationem habere putarunt, numero deminutiuorum eximit. In quibus *Reinesio* non plane assentior. *Fischerus*, vt ad hunc transeamus, in *Prolusione prima de vitiis Lexicorum Noui Testamenti*. Lips. 1772 p. 10 sqq. ὠτίον negat esse deminutiuum, et λοβὸν imam auris partem

denotare, sed omnem aurem eo significari dicit. Velim memor fuisset duorum verborum, quae affert, *θύριον* et (latini) *auricula*, cuius posterioris significationes probe nouit. In *Prolus.* X. pag. 256 sqq. ita restringit sententiam, vt „*θηρίον*" et alia multa „paullatim ita poni coepta esse" putet, vt vis deminuendi periret, „atque adeo haec idem valerent, quod absoluta nomina."

Sane autem cauendum est, quod iam dixi, ne forma nos fallente deminutiua esse putemus, quae revera non sint. Ita, vt nonnulla commemorem, non commiscenda sunt cum deminutiuis in *ιον* adiectiua substantiuorum loco posita, et *προςηγορικά*; cum deminutiuis in *ειον*, *ιον* et *ων περιεκτικά* et *κτητικά* de vtraque re vid. *Doruill.* ad Chariton. p. 249 sqq. ed. Lips., *Schaef.* ad Gregor. Corinth. p. 651; porro cum deminutiuis in *ις* foeminina ita formata; et cum deminutiuis in *ων* et *αξ* amplificatiua et denominatiua. Veteres grammatici e numero deminutiuorum verba homerica haec exemerunt: *θέμινον*, *ἔριον*, *εἶρον* (serioribus *εἴριον*), *θηρίον*, *ἴνιον*, *ἱστίον*, *ἐπίστιον*, *ἦριον*, *ἐπίκριον*, *ἰσχίον*, *ἴχνιον*, *μηρίον*, *οἰκίον*, *ὅρκιον*, *ὄγκιον*. *Ἐνύπνιον*, *μεταμάζιον*, *μεταίχμιον*, *μετώπιον*, nemo, puto, huc vocare volet. Nonnulli veterum de v. *θηρίον* dubitantius loquebantur; *τεῖγλον*, quod alii *ὑποκοριστικόν* esse negabant, in Schol. *Villois.* p. 218 esse dicitur. *Νέαξ*, quod ab Eustathio p. 1540 commemoratur verbum, in carm. homeric. non inueni. De v. *ἀγκαλίς* loc. Eust. attulimus, idem p. 1283 l. 83 dicit: *τὰς δὲ ἀγκάλας ἀγκαλίδας εἰπὼν συνυποκορίζει* [12]) *τῇ βραχύτητι τοῦ ἐγκοιμωμένου αὐταῖς βρέφυλ-*

---

12) Actiuam formam Lexicographi non enotarunt. Simili modo *Schneiderus ἀγκαλίζω*, vid. Etym. M. s. v. *ἀγκάς*, non exhibet. *Stephanus ἀγκαλιάζω* ex cod. l. affert, in legens loco

λιον. Ex hoc Eustath. l. *Schneideri* Lexico adscribi potest ea significatio ἀγκαλίδος, qua inprimis de fasciculo ξύλων vel φρυγάνων dicitur, vide praeterea Eust. p. 1162 l. 37 sq., Etym. M. s. v. ἀγκαλιδαγωγοί, Phryn. in *Bekker.* Anecd. gr. V. I. p. 13, et al. Cur *Schneiderus* v. ἀγκαλιδοπώλης, quod iam *Stephanus* exhibet, omiserit, non video. Adde etiam v. ἀρτοπωλία, venditio panis, (ἡ πρᾶξις αὐτή) e Phryn. l. l. p. 20, βιβλιοπώλης (et βιβλιογράφος) ex cod. l. l. p. 29, ἀλφιτοπωλικός, ή, όν, e Lex. rhetor. p. 275 l. 1, πορφυροπωλική (τέχνη) e Lex. rhetor. sophist. ib. p. 379.

Λάϊγξ Eustath. p. 1553 l. 44, Zonar. Lex. p. 1281.

Λίθαξ Eustath. p. 1540 l. 54 vid. supr.

Λιθάς Eustath. p. 1749 l. 50, sq.

Ψηφίς (Il. Φ. 260.) Etymolog. Magn. s. h. v.: αἱ μικραὶ λιθάδες καὶ λεπταί, Zonar. Lex. p. 1872: οἱ μικροὶ λίθοι. Hesych. idem; hic recte ψηφῖδες, in Zonar. Lex. et in Etymol. M. ita scribe; vide, quae infra ad vocem χερμάς dicentur.

Transeamus ad verbum σκύλαξ. Dicitur ita catulus (κυνὸς νεογνόν) v. c. Eustath. p. 1625 l. 47, 1714 l. 67 sqq. (Lexica nonnisi masculinam formam ὁ νεογνός exhibent). Est hoc vocabulum σκύλαξ merum deminutiuum, formatum a v. σκύλος, quod canem denotat. Tzetz. Exeges. Iliad. p. 103 haec habet: κύων — καλεῖται, ὅτ' ἂν τινι φιλητικῶς (hoc aduerbium ne *Stephanus* quidem annotauit) προσέρχηται· σκύλος δέ, ὅτ' ἂν ἀγριαίνῃ. Ὁ σκύλος [13]) canis adscribatur Lexicis, *Schnei-*

---

verbi ἀγκάζω; ἀγκάζω, quod *Stephanus* obiter tangit, ex eodem loco addi potest Lexicis.

13) Nescio quam ob causam *Schneiderus* τὸ σκύλον omiserit, quam aliam formam voc. τὸ σκῦλον *Stephanus* in Thes. G. III. p. 1133 et sq. (cfr. Phavorin. s. v. ἐπισκύνιον) enotauit. Alia τονώσει notatur h. v. in Regul. de prosodia XLII, in *Hermann.* libr. de em. r. gr. gr., σκῦλος. Obiter moneo in Dra-

derus obiter commemorat s. v. σκύλαξ, ex Hesych. et Etymol. M., ibi vero σκύλλος legitur. Rectissime, opinor, *Sylburgius* in loco Etym. M. l. σκύλος refingendum esse censuit.

Iam vero hic finem imponam quaestioni de vsu deminutiuorum in carm. homeric., quum putem et Eustathii aliorumque locis, et ipsis, quae attuli, exemplis demonstratum esse, reperiri in his carminibus formas deminutiuas. Redeamus e campo illo in angulum nostrum, hoc est extremam et paruam illam horum carminum partem. In hac quae primo obtutu deminutiua haberi possint, sunt νυκτερίς, ἁπλοΐς, χειρίς, πατρίς; non autem esse paullo accuratior contemplatio docet. Restat κλίσιον, de quo vocabulo multorum laboribus et curis celebrato iam videamus.

Schol. *Villoison.* ad Iliad. rh. I. v. 90 [14]).

Ἐς κλισίην.) Πορφυρίου. Ὅλου βίου ἐδέησε Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλισίου.

---

con. de metr. ed. *Herm.* legendum esse p. 82 l. 23 σκυ non συν. Cur *Schneiderus* voc. σκυλάδεψος et σκυλαδέψης, quae *Stephani* et *Hederici* Lex. habent, omiserit, item non video; hoc me legere memini apud Eustath. p. 1880 l. 38, illud apud eundem p. 1710 l. 16, vbi sine dubio pro — σκύλαος δέψης κατὰ τοὺς παλαιούς, καὶ σκυλάδεψος, ita legendum est σκυλαδέψης κ. τ. λ. Βυρσοδεψεῖον ex Etym. M. p. 170 et ὠμοβύρσιος ex eod. et Zonar. Lexic. s. v. λαισήϊον et Glossar. *Labb.* p. 207 addantur Lexicis.

14) *Valckenarius* in Diss. de Scholiis in Homer. ineditis p. 100 sq. eundum locum e codice Lugdun. descripsit in nonnullis recedente lectione ab hac *Villoisonii.* In initio pro περὶ τοῦ αὐτοῦ *Valcken.* dedit παρά, deinde pro τῶν ἐν ἐπαύλεσι κατασκιαζομένων scripsit τὸν ἐ. ἐ. κατασκιαζομένον; pro ἀπέρεισιν habet ἀπερείσειν, pro κλεισίδιον κλίσιον, porro κεκλῖσθαι, κατωνομάσθη, ἐξηγεῖται,

Τρία δέ φησι ζητεῖσθαι περὶ τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ σημαινομένου, εἰ ταὐτὸ δηλοῦται τῷ παρὰ Ἀττικοῖς· καὶ δεύτερον διὰ τὴν ὀρθογραφίαν, πότερον διὰ διφθόγγου ἡ πρώτη, ἢ διὰ τοῦ ἰῶτα· καὶ τρίτον περὶ τῆς προσῳδίας, πότερον παροξύτονον ἢ προπαροξύτονον. Τὸ μὲν οὖν δηλούμενόν φησιν οὐ πολλῆς σκέψεως δεῖσθαι οὔτε παρὰ τῷ Ποιητῇ, οὔτε παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Οἶκον γάρ φησί τινα μέγαν Ὅμηρος τῶν ἐν ταῖς ἐπαύλεσι κατασκιαζομένων, πῦρ δὲ ἐν αὐτῷ καίειν καὶ κοιμᾶσθαι τοὺς ἐργάτας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις. Κλίσιον δὲ αὐτὸ προςηγόρευσεν ἀναλόγως τῇ κλισίᾳ ἥτις στρατιωτικὴ σκηνή ἐστι αὐτοσχέδιος, ἀπὸ γὰρ τοῦ κλίνω, ἐξ οὗ καὶ κλιντήρ, καὶ κλισμός, καὶ οἱ μὲν ἔχον-

περὶ κλίσιον omisso δέ, et ἐπ' αὐτοὺς καθεζ. non αὐτῶν, in seq. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, et in fine παραπλησίως.

Praeterea *coniecit* legendum esse περὶ τούτου, pro τοῦ αὐτοῦ; deinde περὶ τῆς ὀρθογραφίας pro διὰ τὴν ὀρθογρ.; porro στιβάδες ἦσαν ᾠκοδομημέναι scripsit, sed ᾠκονομημέναι praetulit, et pro οἰκοδομίαν τῶν στιβάδων — οἰκονομίαν legit.

Codex referente *Valckenario* habet στιβάδην ᾠκοδομημεν. Legendum esse puto omnem illum locum ita: (κλίσιον) ὡς κύκλῳ τοῦ οἴκου στιβάσιν ᾠκοδομημένον, πρὸς οὗ (*οἰκοδομήματος, huic ex aduerso s. hoc versus*, vti mensam versus, *positi*) καὶ (ἃ, cfr. *Bast.* ad Gregor Corinth. p. 162) οἱ θρόνοι ἔκειντο, ὥστε ἐπ' αὐτῶν (τῶν θρόνων δηλονότι) καθεζομένους δειπνεῖν κ. τ. λ. Firmant hanc emendationem rationes palaeographicae, eaeque notissimae, et locus Apollon. Soph., quem apposui, in quo vero nihil mutandum est. Sensus hic est: Aristarchus κλίσιον esse putauit e στιβάδων structionibus compositum; hoc versus, (πρὸς τοῦτο ἐστραμμένοι) positi erant θρόνοι, ita, vt *ad κλίσιον* (in θρόνοις illis) sedentes δειπνεῖν, *in κλισίῳ* (ipso) ἐγκοιμᾶσθαι possent serui, aliique.

In Hesychio verba: κλίσιον. παραστάς. προβάτων καὶ βοῶν στάσεις, a *Musuri* corruptionibus emendare studuit *Schowius* ita, vt scriberet κ. προστὰς προστόων. καὶ βοῶν στάσις, codicis vestigia sequutus, qui exhibet πρὸ στὰς πρὸ στοῶν. Προστάς rectissime posuit *Schow.*, vellem etiam scripsisset προστάς. πρόςτωον cfr. Hesych. s. v. πρόδομος et προστάς.

τες ἀπέρεισιν τοῖς ὤμοις κλισμοί, οἱ δ' ἄλλοι θρόνοι. Ἀττικῶς δὲ κλιντήριον τὸ μικρὸν κλινίδιον λέγεται, τὸ οὖν χωροῦν κλίνας πολλὰς καὶ θρόνους κλισίδιον ἐκάλουν, ᾧ τρόπῳ καὶ τὸν κοιτῶνα ἡμεῖς ἐκαλέσαμεν. δωμάτιον δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸν ἀφ' ἡμῶν κοιτῶνα ἔλεγον (vid. *L. Bos.* Ell. p. 215 sq. ed. *Schaef.* et p. 885.), Ὅμηρος δὲ θάλαμον. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, φησὶ Δωρόθεος, ἀπὸ τοῦ κεκλίσθαι κατωνομάσθαι τοῦ σημαίνοντος τὸ περιειληφέναι καὶ περιέχειν (Cfr. Schol. *Villoison.* e cod. Vatican. ad Il. X. v. 1 et cod. B ἠγνόησαν οἱ πολλοί, ὅτι ἡ κλίσις παρ' Ὁμήρῳ τὴν περιοχὴν σημαίνει, καὶ πάντα τὰ ἐσχηματισμένα ἀπ' αὐτῆς ῥήματα).

Ἀρίσταρχος δὲ καὶ ἑτέρως ἐξηγήσατο τὸ γάρ

περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ

δηλοῦν, ὡς κύκλῳ τοῦ οἴκου στιβάδων ᾠκοδομημένων, πρὸς αἷς οἱ θρόνοι ἔκειντο, ὥστε ἐπ' αὐτῶν καθεζομένους δειπνεῖν, ἐπὶ δὲ τῶν στιβάδων κοιμᾶσθαι, ἵνα μὴ ἄλλος οἶκος ᾖ τοῦ Λαέρτου, ἄλλο δὲ τὸ κλίσιον, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Λαέρτου εἰρῆσθαι τὴν ἐν κύκλῳ οἰκοδομίαν τῶν στιβάδων, καὶ θέσιν τῶν θρόνων. Ἐμφαίνει δέ, ὅτι ὁ μὲν οἶκος Λαέρτου ἐν τῷ ἐντὸς καὶ περιεχομένῳ ὑπὸ τοῦ κλισίου, τῶν δὲ ἄλλων ἐν τῷ ἔξωθεν περιέχοντι κλισίῳ. Κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσέως οἰκίᾳ ὁ θάλαμος τοῦ Τηλεμάχου μέσος ὑψηλὸς ᾠκοδόμητο, ὑπὸ τῆς αὐλῆς περιεχόμενος κ. ἀ. τ. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν Λαέρτου οἶκον περιέχεσθαι πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ κλισίου κατὰ μέσον ᾠκοδομημένου, τὸ γὰρ περιθεῖν τοῦτο δηλοῖ. κ. ἀ. τ. Ἔχει γὰρ τὸ κλίσιον ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὰ τοιαῦτα πρὸς τὰς παστάδας, πρόδομος, ἐξέδρα· προῳκοδόμητο γὰρ οἰκήσεως τινὸς ἡ παστάς, καὶ ἡ προπαστάς, καὶ ὁ πρόδομος, καθάπερ καὶ τοὔνομα δηλοῖ·

ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ, πρόσθεν θαλάμοιο θυράων·

τοιοῦτο δέ τι καὶ ἐξέδρα τῆς οἰκίας ἔξω πᾶσα οὖσα πρὸς αὐτῇ τῇ εἰσόδῳ κατεσκευασμένη· οἷς δὴ παραπλήσιον καὶ τὸ κλίσιον ἔξω τοῦ οἴκου.

Apollon. Sophist. in Lexic. Homeric. s. h. v. haec exhibet: τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἐν τῇ Ω τῆς Ὀδυσσείας

—— περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη

ἐν τῷ σιτέσκοντο —

ἀντὶ τοῦ· ἐν τῷ οἴκῳ.

Ὁ μὲν Ἡλιόδωρος τὰς κύκλῳ καὶ ἔξω καταλύσεις εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος κυκλόθεν τοῦ οἴκου, οἷον ἐκ στιβάδων ᾠκοδομημένον, πρὸς οὗ καὶ οἱ θρόνοι ἔκειντο, ὥςτε οὖν καὶ ἐπ' αὐτῷ καθιζομένους δειπνεῖν καὶ ἐγκοιμᾶσθαι. Ὁ δὲ Ἀπίων φησὶν οὕτως· κλίσιον ἡ βάσις ἐφ' ἧς κεῖται ὁ θρόνος·

περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη

ὅ ἐστι δι' ὅλου τοῦ οἴκου.

In margine cod. Vindobon. LVI ap. *Alter.* haec leguntur: Ἄλλο τὸ παρὰ Ἀττικοῖς κλίσιον· κἀκεῖνο μὲν γὰρ ἁμάξης ζεῦγον δεύτερον (lege: ἁμαξῶν καὶ ζευγῶν δεκτικόν, causae palaeographicae in promtu sunt), ὃ νῦν Ῥωμαῖοι παρὰ στάσιν σταῦλόν φασιν (stabulum)· τοῦτο δὲ παρὰ τὸ κλείειν ὅ ἐστι (ν sic,) περιέχειν ἐν μέσῳ τοὺς οἴκους· φησὶ γὰρ ἔνθα κ. τ. λ.

Schol. min. dicunt: ἅπαξ εἴρηται· σημαίνει δὲ ἐξέδραν τινὰ σιγματοειδῆ, ἐν ᾗ ἔκειντο οἱ κλισμοί, ἢ κρηπίδωμα, ἐφ' οὗ ἐκαθέζοντο ἢ ἐκοιμῶντο.

In Eustathii comment. ad. h. l. inuenimus haec p. 1957 l. 51 sqq. et p. 1958 l. 1 sqq.: Κλίσιον δὲ οἰκετικὸς οἶκός ἐστιν, εὐτελὴς καὶ οἷόν τις κλισία περὶ ἣν δμῶες ἴαυον. Παρὰ μέντοι Ἀττικοῖς τὸ κλίσιον ἁμαξῶν καὶ ζευγῶν ἐστὶ δεκτικόν, ὃ λέγεται τοὺς Ῥωμαίους παρὰ τὴν στάσιν σταῦλον καλεῖν. Δίωνι μέντοι τῷ καλῷ τὴν γλῶσσαν δοκεῖ κλίσιον εἶναι τὸν σταθμὸν τῶν προβάτων, ὁποία ἡ κοινῶς λεγομένη σκεπαστή [15]). Ἐν δὲ τοῖς ῥητορικοῖς λεξικοῖς, παρ' οἷς καὶ διὰ διφθόγγου (ει), καὶ διὰ μόνου δὲ διχρόνου (ι) ἡ τῆς λέξεως ἄρχουσα εὕρηται, κεῖνται καὶ ταῦτα· „Κλείσιον θυρεών, ἐν ᾧ καὶ ζεύγη ἵσταται, καὶ κλεισίαι αὔλειοι

15) Hoc substantiuum Lexica non exhibent; σκεπαστήριον legitur substantiue ap. Tzetz. ad Lycophron. v. 33.

πυλῶνες, πλατεῖαι θύραι, δι᾿ ὧν καὶ ζεύγη εἰςέρχονται." Αἴλιος δὲ Διονύσιος κλεισίον, φησίν, ὡς κλειδίον, καὶ ὅτι θυρὼν τοῦτο μέγας· καὶ κλεισίαι αἱ τούτου θύραι, πλατεῖαι, καὶ εἰς τὸ ἐκτὸς ἀνοιγόμεναι· ἐν ἑτέρῳ δὲ γράφει, ὅτι κλίσιον Ἀμερίας τὸ πρόστωον ἴσως παρὰ Ἴωσιν, ὡς καὶ Ὅμηρος·

περὶ δὲ κλείσιον θέε πάντη,

παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς κλείσιον ὁ μέγας θυρών, καὶ μήποτε, φησί, τοῦτο μὲν ἐκτείνεται καὶ παροξύνεται, ἐκεῖνο δὲ (κλεισίον) συστέλλεται καὶ προπαροξύνεται. Scribendum κλίσιον θέε, et κλισίον ὁ μέγας θ. vid. supr. dict. et loc. Phavorini κλισίον πανδοχεῖον, et εὕρηται καὶ διὰ διφθόγγου (ita refinge ex Eustath. κλεισίον; in Etym. Magn. s. v. κλίσιον annotat.: παρὰ δε τοῖς Ἀττικοῖς ἐκτείνεται τὸ ι καὶ παροξύνεται, ὡς τὸ θηρίον, adde Draco. p. 57.

Addit Eustathius l. l.: Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ τῶν ὕστερον· Ὅμηρος δὲ δουλικὸν σαφῶς οἶκον ἐμφαίνει τὸ παρ᾿ αὐτῷ κλίσιον ἑρμηνεύων οὕτως·

ἐν τῷ σιτέσκοντο

καὶ ἑξῆς.

Ex hoc Eustathii loco Phauorinum pluribus modis esse emendandum apparet. Scribe ibi: οἰκετικὸς οἶκός ἐστιν etc. κλισία περὶ ἥν, etc., vt reliqua mittam corrige verba αὔλειοι. πυλῶνες et Ὅμηρος δὲ οὐ σαφῶς κ.τ.ἑξ.

Iul. Pollux l. IV. 125: Τὸ δὲ κλίσιον ἐν κωμῳδίᾳ παράκειται παρὰ τὴν οἰκίαν παραπετάσματι δηλούμενον, καὶ ἔστι μὲν σταθμὸς ὑποζυγίων, καὶ αἱ θύραι αὐτοῦ μείζους δοκοῦσι κ. τ. λ. ibid. ἐκ δὲ Ἀντιφάνους Ἀκεστρίαις καὶ ἐργαστήριον γέγονε τὸ καλούμενον κλίσιον· ὃ πρότερόν ποτ᾿ ἦν τοῖς ἐξ ἀγροῦ βουσὶ σταθμὸς καὶ τοῖς ὄνοις, πεποίηκεν ἐργαστήριον Significatio stabuli etiam voci κλισία a nonnullis tribuitur, v. c. Etymol. Magn. auct., Moer. Attic.

Restat, vt locum Etymol. M. commemorem de v. κλίσιον; ibi haec leguntur: κλ. σημαίνει τὸν τόπον, ἔνθα

ἵσταται τὰ ζεύγη. Ὁ μὲν τεχνικὸς διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφει· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ι λέγει, ὅτι παρὰ τὸ κλίνω ἐστί, καὶ σημαίνει τὸ περιέχω, καὶ ἐκεῖθεν κλίσις· καὶ κλίσιον τὸ ὑποκοριστικόν.

Est igitur κλίσιον vox cognata voci κλισίῃ (α), atque aut huius vocis[16]) aut vocis κλίσις, vnde κλισίη (α) quoque deriuatur, forma deminutiua. Κλισίη vero plerumque in carmin. homeric. non tam pellibus linteisue tegumentis compositum tentorium, quam casam tignis trabibusque et limo exstructam et alga aliaue materie tectam, et omnino tugurium rusticum et vile denotat. Vide Eustath. p. 77, Phauorin. s. v. κλισία, (*A. L. de Mussenbach*) *Militärische Monatsschrift*. Berolin. 1786. Vol. III. Part. V. (mens. Mai.) comment. I.

Hoc autem deminutiuum non solum ita, vt deminuat notionem, verum etiam vt notionem conditionis vilioris et tenuioris complectatur, positum est. Hoc quodammodo senserunt Eustathius, p. 78 l. 1 sqq. dicens: ἔστι δὲ τὸ κλίσιον ὡς μὲν ὁ Ποιητὴς ἐν Ὀδυσσείᾳ βούλεται δουλικὸν εὐτελὲς οἴκημα, ὡς δὲ τῷ Αἴωνι δοκεῖ τὸ τῶν προβάτων σκεπαστικὸν καὶ φυλακτικὸν οἰκίδιον εὐτελὲς πάντως ὂν καὶ αὐτό, οὐχ ἧττον ἢ τὸ παρὰ τῷ Ποιητῇ κλίσιον, Dorotheus Ascalonites, v. sup., et *Ernestius*; qui ad h. l. monuit: — „eius aream amplectebantur, velut septum quoddam, *aedificia tenuiora*, in quibus serui essent, etiam pecora etc.“ Obseruat etiam κλίσιον de omni *habitatione tenuiori*, s. tenuiorum dici; quo sensu sit etiam apud Demosth. Coron. c. 40.

16) Galen. p. 582 ed. *Frant.* Ὑδριον (ita *Fr.*, al. ed. ὑδρίον; propter ἀμετάβολον defendi potest) ἡ μικρὰ ὑδρία· ὑποκοριστικῶς. Λύχνιον Eustath. p. 1854 l. 54 sq. ὅπερ ἐστὶ λυχνία — — ἀναλόγως τῷ θύρα θύριον καὶ λύρα λύριον, coll. p. 268 l. 8.

Hunc vero sensum etiam omnis Laërtae senis conditio et habitus vilis ac tenuis requirunt, de quo filius personatus:

αὐτόν σ' οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει, ἀλλ' ἅμα γῆρας λυγρὸν ἔχεις, αὐχμεῖς τε κακῶς, καὶ ἀεικέα ἕσσαι.

Ω. v. 249 sq. et poeta ib. 227 sqq.:

ῥυπόωντα δὲ ἕστο χιτῶνα,
ῥαπτὸν, ἀεικέλιον· κ. τ. λ.;

qui dicitur rh. A. v. 190 *ἀπάνευθεν ἐπ' ἀγροῦ πήματα πάσχειν*, qui rh. *Λ*. v. 189 sqq.

— οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται· οὐδέ οἱ εὐναὶ
δέμνια καὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα·
ἀλλ' ὅγε χεῖμα μὲν εὕδει, ὅθι δμῶες ἐνὶ οἴκῳ,
ἐν κόνι ἄγχι πυρός, κακὰ δὲ χροῒ εἵματα εἷται·
αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθησι θέρος, τεθαλυῖά τ' ὀπώρη,
πάντῃ οἱ κατὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο
φύλλων κεκλιμένων χθαμαλαὶ βεβλήαται εὐναί·
ἔνθ' ὅγε κεῖτ' ἀχέων, μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἀέξει.

(adde rh. *Π*. v. 139 sqq.)

Ἐϋκτιμένῳ δόμῳ (*Ω*. v. 214.) non id momenti inesse, vt domus splendida, palatium opipare exstructum, indicetur, nouit, quicunque vel primoribus labris carmina homer. gustauit. Omnem hanc heri domum cingebat casa siue aedificium quoddam, tugurium casulae simile, leuis ac vilis structurae et conditionis, *εὐτελές τι καὶ λεπτὸν οἰκοδόμημα*. Hanc ob causam germanice ita fere verterem:

Dort war ihm ein Gebäu, und umher lief ringsum ein Hüttlein.

Iam vero, quanquam in carmin. homeric. deminutiua deprehendimus, tamen nusquam aliquod hoc sensu positum est. Haec enim deminutiuorum significatio, quod et res ipsa docet et nos supra declarauimus in enumerandis variis verbi *ὑποκορίζομαι* significationibus et

explicanda ratione deminutiuorum, eius est conditionis, vt ea alias, ratione et, quod hinc sequitur, tempore ipsâ priores eidemque quasi viam munientes, sequuta sit.

At vero hic illa significatio extenuationis, conditionis vilioris et tenuioris, quam ea, qua πρωτότυπον est, necessario coniungi debet et auelli nullo modo potest, nisi artificio tuo vigorem huic loco eximere volueris.

Hanc vero ob causam etiam huic verbo eiusdemque significationi certe tantum momenti in constituenda aetate et origine huius extremae partis concedendum esse puto, vt seorsim spectatum offendat, coniunctum cum aliis moueat.

Haec vero de hoc verbo κλίσιον eius natura et significatione[17]) satis dicta sunto.

---

17) De accentu nihil monendum esse credo, quum κλισῖον, quod nos habemus, haud aliam accipere debeat τόνωσιν; illud vero Atticorum κλίσιον παροξυτόνως scriptum accedit praeceptis Grammaticorum plerumque obseruatis, quanquam de hac re nondum omnia perspici et pugnantia componi possunt. Locis, quos *Wagnerus* in libro: *Die Lehre von dem Accent der gr. Sprache*, p. 103 commemorauit (Eustath. p. 233 extr., 255 l. 43, 268. 8, 1146 fin., 1681. 22, Schol. Aristophan. ad Plut. v. 1098, Etym. Magn. s. v. ἐρκίον et θηρίον, Phauorin s. v. λιτί.), adde: Eustath. p. 428 l. 4 sqq., p. 742 l. 61 sqq., et p. 743 l. 1 sqq., p. 1854 l. 54 sq., Etymol. Magn. s. v. ἴχνιον, κλίσιον, Draco. Straton. ed. *Hermann.* p. 57, Schol. *Villoison.* p. 218 init., Phauorin. p. 1377 l. 13 sqq.

Caeterum emendem loc. Eustath. p. 743 l. 2, ἤνιον enim ibi mutandum est in ἰνίον, consentientibus Schol. *Villoison.* p. 218, cui loco iam supra docui pro ἰνίον illam vocem reddendam esse, et Phauorino, qui more suo presso sequitur Eustathii vestigia p. 1825 lin. 52 sqq. ed. Basil. Contra Phauorinus l. l. l. 54 ex Eustathio et Venet. v. προπαραλήγουσαν et l. 56 λείριον accipere debet. In Eust. l. l. lege etiam pro ἴλιον, — σίγειον, — λείριον etc. et in Schol. Ven. l. l. pro

Iam quidem, quum Dorotheus iste miser totam vitam huic verbo explicando impenderit, et omne tempus suum omnemque operam in eius explanatione collocaverit, mihi, tantum otii et operae eidem verbo explicando consumenti credo excusationem non posse denegari. Sicubi me lapsum esse viderint per haec spineta reptantem, ignoscant, quibus firmiorem incessum ingenium et aetas compararunt.

---

§. II.

Vidimus de formatione et natura quorundam verborum, quae in hac extrema Odysseae parte leguntur, videamus etiam de *flexione.*

Primum in quod incidimus, est *ἐτεθήπεας* *Ω.* v. 90, ita enim rectissime *Wolfium* scripsisse, varias aliorum lectiones *θηήσαο, ἐτεθήπεο, ἐτεθήπεα* respuentem quiuis, opinor, intelligit. In hac vero forma, quam aliorum causa notaui, nihil video, quod offendere possit. Est enim antiqua, neque inusitata Homero. Vide Od. I. v. 44, et *ἐτεθήπεα* ib. *Z.* v. 166, [vbi v. 168 *ὥς σέ, γύναι,* scribendum esse, vti video, iam docuit Censor doctiss. (*B*.....) edit. *Wolf.* Hom. in Ephemerid. literar. Ienens. a. 1809 n. 247. mens. Octobr. p. 155.] Od. *Θ.* v. 181, Il. *Θ.* v. 366, *Λ.* v. 330, *Ξ.* v. 71. Cfr. *Wesseling.*

Ἴλιον, Σίγιον, etc. legas *Ἴλιον — σίτιον.* Vicinum Ilii nomen causa erat erroris librariorum.

Ex Eustathii loco p. 428 l. 4 sqq. comperimus seriores Graecos (*τοὺς ὕστερον*) nonnunquam *τόνωσιν* alicuius vocis mutasse, vt eam ad obsequium vulgaris normae: „voces *trium* syllabarum dactylicas *παροξυτόνους* esse" reuocarent. Haec enim regula plerumque in vsu fuisse videtur, et praevaluisse, quicquid interdum nonnulli v. c. Apio et Herodorus obloquerentur. Voces in *ιον* terminatas plurium syllabarum *προπαροξύνονται,* diserte ita docente Etymol. s. v. *διαβούλιον;* quapropter haec ne in posterum turbentur.

ad Herodot. I. p. 59, 80, (ex Herodoto nubem exemplorum enotauit *Portus* in Lexic. Ion. ad. lit. εα et inpr. ad l. ει,) *Maittair*. de Gr. Ling. Dialect. edit. *Sturz*. p. 164 ibiq. *Sturz.*, et p. 486, *Fischer*. A. ad *Well.* Spec. II. p. 371, Censor. edit. *Wolf*. Hom. Il. p. 134. Locis a *Fischero* l. l. e veteribus grammat. ll. addi possunt hi: Eustath. p. 50 l. 17 sqq., 718 l. 15 sqq., Etymol. M. p. 419 ed. *Sylb.* l. 10 sqq., Phauorin. praeter l. p. 567 l. 39, sqq., quem locum vti alium ex Hortis Adonid. annotauit *Sturzius* l. l., etiam p. 543 l. 47, 564 l. 11 sq., 777 l. 5 sqq., 835 l. 41 sq., 1472 l. 21 sq.

De verbis σιτέσκοντο et ἀπεκλελάθεσθε infra sermo erit.

Peruenimus igitur ad Ω. v. 394:

— — ἀπεκλελάθεσθε δὲ θάμβευς,

et vicinum v. 398:

(Δολίος δ' ἰθὺς κίε, —)

— — Ὀδυσεῦς δὲ λαβὼν κύσε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ.

Vtraque forma, quarum posterior multos in errorem induxit, alibi, quam hic, in homer. carmin. non legitur. Non probare possum, quae Censor edit. *Wolf.* l. l. p. 130 sq., de hisce formis proposuit, qui pene vbicunque fieri possit eas restitui vult; restringenda certe est haec sententia. Θάμβευς, θάρσευς, θέρευς, Ἐρέβευς vbiuis dicit legi, non θάμβεος, θάρσεος, θέρεος, Ἐρέβεος: ex his autem Ἐρέβευς et Ἐρέβευσφιν Il. Θ. v. 368 et Ι. v. 572, Od. Λ. v. 37; θέρευς Od. Η. v. 118, θάμβευς hic tantum me legere memini, θάρσευς vero, nisi egregie fallor, nusquam legitur.

Iam quidem si in verbis terminationis ος parum frequens est haec forma, in verbis terminationis ευς suspicionem mouere et ad recentiorum poetarum vsum nos reuocare videtur. Eodem enim modo, quo apud hosce saepissime obuiae sunt hae formae, apud Homerum rarae. Iam, vt ne verbo ἱκνεύμεσθα Ω. v. 339

immorer, cui similis forma *ἱκνεύμεναι* solum in rh. I, v. 128 reperitur, *γένευς*, quod priores editiones habent, et cuius vestigia etiam in cod. Harl. adesse videntur, e loco Od. *O*. v. 533 *Wolfius* expulit, *Ἰδομενεῦς*, quod Schol. Victor. vid. *Heyn.* Tom. VI. p. 646 in Il. *N*. v. 424 nonnullos scripsisse narrant (vid. Comment. meam *de agro Troiano*, not. 144.), iam a veteribus eiectum est *). Quemadmodum in nostro loco *Ω*. v. 398, notante *Clarkio*, edit. *Wettsten.* *Ὀδυσέως* exhibet, quod etiam in codic. Harl. appositum est; ita nostrae editiones v. 416 ei. rh. non exhibent:

— — — *δόμων προπάροιθεν Ὀδυσσεῦς*·

quam lectionem *Barnesius* inter varias recenset.

Eiusmodi verbis et rebus mutandis, et ad vsum poetae reuocandis, aut, quod interdum accidit, ad praeualentem loquendi consuetudinem, quae in his animaduertitur, detorquendis, vehementer vereor, ne obruantur et euanescant tenuia indicia, quae multum saepenumero produnt, et maximi aestimari debent. Accidere enim potest in his, quod in imagine situ foedata, vt, dum maculae et puluisculus abstergi videntur, sigla, quibus de pictore et auctore certiores fieri possimus, deleantur. Hoc vero valet de pluribus, neque tantum de his verbis et hac genitiuorum forma in *ευς*, nominatiuo in *ευς* desinente, neque tantum de hac parte, in qua multa vestigia reperisse mihi videor curarum aliarum et alienarum, quibus huic illiue loco contigerit, vt emendetur et ad *ὁμηρικωτέραν* formam redigeretur. Valet hoc de omnibus Homeri Hesiodique carminibus et omnino de iis, de quorum origine, auctore, aetate, et quae sunt huius generis alia, nondum satis constat.

*) Censor edit. Hom, *Wolf.* l. l. reiicit ibi h. form., addere potuisset Il. *Φ*. v. 305 exemplo commemorato.

§. III.

Pergamus a flexione ad *vsum*

Wolf. Prolegom. p. 138: — „Necesse erit excutiatur aliquando accuratissime, quid illa extrema legentem vnum ex multis isto sensu imbuerit, *quae insolentia sit in vocabulis et locutionibus*, *et qualis*, (nam ipsa Il. *A*. quaedam habet ἅπαξ λεγόμενα,) quid diuersum" et q. s.

Permulta vocabula leguntur in Iliade, quorum vsus in Odyssea non reperitur, contra vero in Odyssea permulta sunt, quae in Iliade frustra quaeruntur. In vtriusque vero carminis singulis libris haud exiguus vocabulorum numerus deprehenditur, qui huic illiue libro proprius et peculiaris est. Itaque et omne carmen vtrumque vocabula multa habet, alteri carmini non cognita, et singuli in vtroque carmine libri vocabula exhibent multa, quae in aliis eiusdem carminis libris non reperiuntur. Ne vero, aut ab ouo Ledae bellum Troianum enarraturus esse, aut mihi sumere velle videar, me omnem homericorum carminum indolem et naturam originemque examinasse et perspexisse, quod a iuuene alienum est, hic recensum eorum exhibere nolo. Hoc vnum addo, me non *temere* profiteri, *in omnibus et Iliadis et Odysseae libris multa*, in aliis plura in alii pauciora, *esse ἅπαξ εἰρημένα*, neque solum *carmen vtrumque*, sed etiam *vtriusque singulos libros verborum quorundam vsu differre* [1]. Sed quum hanc rem supprimere et velim et debeam, statim ad ea transeam, quae in hac extrema parte leguntur.

Iam vero non modo inutilis, sed ineptus labor foret, si ἅπαξ εἰρημένα eo tantum consilio enotaremus, vt

1) Eustathius ad Il. p. 1006 l. 10 — πολλὰ παρὰ τῷ Ποιητῇ κεῖνται ἅπαξ εἰρημένα. *Thierschius* in Commentat.: *Uiber die Gedichte des Hesiod.* p. 10 not. 5 b): ἅπαξ λεγόμενα — — — *finden sich auch in jeder Rhapsodie des Homer* —.

diceremus nonnisi hoc atque illo loco hoc atque illud vocabulum legi. Inde enim nihil aliud probaretur, quam — hic tantum legi. Si quis vero inde, quod in aliquo loco scriptoris alicuius semel tantum aliquod verbum reperiatur, illum locum statim tanquam spurium notare vellet, magnopere erraret. Nam vt semel tantum aliqua vox in aliquo libro legatur, saepenumero siue ingenio scriptoris, siue opportunitate loci, rei, temporis, siue lingua magis exculta, siue studio, quo curabat scriptor, vt singularem notionem vel notionis modum ex asse exprimeret, aliisque rebus multis effectum est. Maius momentum habere possent ἅπαξ λεγόμενα in carminibus antiquissimis, quum inde de lingua inter compositionem variarum rhapsodiarum sensim aucta et exculta cogitare posses. Sed hic tantum est cautionis, vt credam nonnisi numero, habita partis in qua adsit ratione, satis magno, et formas complectente, quae amplificationem et progressionem linguae prodant, aliquid certi inde elici posse.

At vero in hac extrema Odysseae parte numerum deprehendimus ἅπαξ εἰρημένων, non solum pro ambitu ingentem, sed etiam multas formas continentem, quae et linguam et ingenium processisse docent, ita, vt iis vis et momentum in indicanda origine concedi possit.

Videamus singula.

Ψ. v. 321 Πολυμηχανίη.

Adiectiuum πολυμήχανος persaepe legitur, substantiuum hic tantum; ita ἀμήχανος saepissime, substantiuum ἀμηχανία solum in Odyss. rh. I v. 295, apud Hesiod. in Ἔργ. v. 494: vide, quae supra dixi §. I in. h. cap. [a]).

---

a) Adde Lexicis post *Schaeferi* (in Dionys. de Comp.) et *Passowii* curas: πολύγνωστος Eustath. p. 1942 l. 59 vid. *Passov.* p. 87 sq., alter. form. πολύγνωτος habent, πολυΐλιξ

Ψ. v. 330, Ω. v. 538 Ψολόεις.

Ψόλος apud Homerum et Hesiodum me legere non memini; ψολόεις est ap. Hesiod. Ἀσπ. 452, Θεογ. 515 (ed. *Wolf.*). Schol. min. ad l. Hom.: καυστικόν, ἀσβόλην ποιοῦντα, ψόλον γὰρ τὴν ἀσβόλην λέγει κ. τ. λ. Eustath. p. 1949 l. 36: — τοῦτ' ἔστιν αἴψα ὀλλύνει ἢ ἀσβολοποιῷ· ψόλος γάρ φασιν ἡ ἀσβόλη [3]). Vide Schol. Hes., Nicandr. Theriac. v. 129 ibiq. Schol., Tzetz. ad Lycophron. p. 933 ed. *Müller*. De diuersis fulminum generibus et ψολόεντι κεραυνῷ cfr. Aristotel. de mund. IV. §. 16, meteor. III. 1, Schol. Aristophan. ad Equit. v. 693, Tzetz. ad Lycophron. v. 383 p. 569 sq. ed. *Müller*.

Ψ. v. 351 Πολυκηδής.

Verba cognata ἀκηδής, προσκηδής, δυσκηδής, λαθικηδής, quae, quod sciam, in carmin. hom. sola sunt, quae cum —κηδης composita reperiantur, in *postremis* tantum *Iliadis rhapsodiis* et in *Odyssea* leguntur; hoc vero hic solum [4]). Ἀκηδὴς in Hesiodeis carm. aliquoties, reliqua, si bene memini, non legi.

Phauorin. s. v. τετραέλιξ, πολυπίκρως Eustath. p. 1801 l. 35 Phauorin. s. v. πολύπικρα, πολύψεκτος Eustath. p. 1962 l. 18.

3) Moeris Attic. et Thom. Mag. ἀσβόλη Ἑλληνικόν, ἡ ἄσβολος Atticum. Phrynich. p. 20 ed. *Höschel.*, Lexic. rhet. sophist. in *Bekker*. Anecd. gr. l. 450 sq., Eustath. p. 1390 l. 54, 1405 l. 18 ἡ ἄσβολος probant. Phryn. in Anecd. gr. *Bekk*. l. l. p. 17 ἄσβολος θηλυκῶς λέγουσιν, Ἱππῶναξ (ita scrib.) δ' ἀρσενικῶς· τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀσβόλην. Hoc Ἑλληνικόν in Scholiast. et Lexicograph. scriptis, atque in N. T. et V. T. graeco. vers. saepe legitur.

4) *Schneidero* dubiae fidei videntur πολυθώϋστος, πολύστημος, primum legitur in Phauorin. Lex. s. v. πολυθύσανε Ἄρτεμι, secundum et κατάστημος, de cuius probitate etiam dubitat *Schneiderus*, ibidem et ap. Hesych. in genere neutro posita substantiuorum locum tenent, Hesych. et Phauorin. s. v. στημόνιον dicunt, ὃ ἡμεῖς πολύστημον ἢ κατάστημον.

Ib. v. 358 Ἔπαυλος.

Wolfius rectissime hanc lectionem testibus grauissimis confirmatam praetulit ei, quam codex Harlei. et codd. Vindobon. ap. *Alt.* exhibent ἔναυλος, et ei, quam Eustathius p. 1950 l. 2 commemorat μέσαυλος.

Recedit ab his quodammodo vox ἀκήριος, quippe quum non hic solum v. 328 legatur, sed etiam in rh. M. v. 98 reperiatur. Aliud enim est et alius originis vocabulum ἀκήριος. Hoc a κέαρ κῆρ, illud a κήρ derivandum est. Quum videam *Schneiderum* haec non indicasse, et *Stephanum*, quamuis rectius seiunxerit haec verba, nondum plane explicuisse harum vocum rationes, de iis videamus.

Ἀκήριος, deriuandum a voce κήρ, significationem habet duplicem; alteram *actiuam*, alteram *passiuam*.

Actiue denotat *innocuum*, haud nocentem, non laedentem, nihil damni inferentem, μὴ φέροντα κῆρά τινα.

Schol. Nicandr. Theriac. v. 202 ἄνευ κηρὸς καὶ θανάτου. Hesiod. Ἔ. κ. Ἡ. 821. ἀκήριοι, *Vossius* vertit: *Unbeglückt*, vertendus est l.: neque nociui neque vtiles, neque aliquid mali neque aliquid boni ferentes: *unschädlich, gleichwie geschenklos.*

Passiue significat *innocuum*, non laesum, nihil damni accipientem, μὴ παθόντα κῆρά τινα.

Vid. Eustath. e Lexico rhetor. p. 852 l. 36: ἄνοσος, ὑγιής, Hesych. ἄνοσοι, — ἀκέραια, σῶα, Eust. p. 1714 l. 56 sq., Phauorin. ἀκήρια (ita scr.) ἀβλαβῆ, Schol. ad Apollon. Rhod. Argonautic. III. 466. et *Steph.* et Paris.

Deinde eo denotatur incolumis, ἄφθαρτος, fato

In Hesychii et Phauorin. Lexic. scribe πολυΐαχος pro v. πολυΐακος, cfr. Apollon. Sophist. in Lexic. Hom. p. 10 ed. *Toll.*, hanc vocem in Lexicis non reperiri monuit iam *Passouius* in l. l. p. 96.

Χ et κ simili modo confusa sunt in Phauor. Lexic. p. 91 l. 18, scribe κηρί.

non obnoxius, ἀθάνατος, μὴ ὑποκείμενος δηλονότι κηρί, Lexic. rhetor. ap. Eustath. l. l., Phauorin. p. 91, et Hesych. Hinc ap. Phocylid. 99 ψυχαὶ ἀκήριοι.

Plane alia vox et alius originis est ἀκήριος a v. κῆρ; eadem autem et actiuam et passiuam significationem habet. Passiue indicat emortuum, exanimatum, τὸν μὴ ἔχοντα κῆρ, ἄψυχον, νεκρόν.

Cfr. Eustath. p. 668 l. 56, 853 l. 35 sq., 928 l. 51 sq., 1624 l. 15, 1715 l. 57. Schol. brev. et Schol. *Villois.* plur. loc., v. c. E. 812, Apoll. Soph. in Lex. Hom., Phauorin. p. 1297 l. 13, Schol. Apollon. Rhod. ad Argon. II. 197 *Steph.*, et Paris. Schol. brev. ad h. l. hom. emendauit *Villois.* ad Apoll. Soph. l. l. in not.

Huc pertinet ex Etymol. M. p. 43 ed. *Schaef.* pars prior explicationis, ἀσθενές, ἀδύνατον.

Actiue exprimit enecantem, occidentem, interficientem; στέρησιν ψυχῆς καὶ κῆρος σημαίνει, ἀψυχοποιόν, νεκροποιόν Eustath. ad Il. *E.* 872, Etym. M. s. h. v. explicat. pars post. Vtrumque vocabulum adiice Lexicis, adiunge haec: ἀσβολοποιός e loco Eustathii, quem supra ad v. ψολόεις adscripsi, ἀμπελοποιΐα ex Eustath. p. 1619 l. 59, γωνοποιέω incuruo e Galen. Gloss. p. 158 ed. *Franz.*, MS. D. γονιοποιέω, sed vulg. lect. retineri potest, deriuanda a v. γῶνος, δουλοποιός ex Eustath. p. 912 l. 61, εὐλογοποιέω ex Eustath. p. 1233 l. 54, ἰσχυροποιός ex Etym. M. s. v. ἴφια μῆλα, Zonar. s. ead. v., Schol. et Eustath. ad Il. *E.* 556. p. 582 l. 10, λιμοποιός (pass. famelicus) ex Erotian. Gloss. p. 244 ed. *Franz.*, ξηροποιός ex Eustath. p. 871 l. 3, Phauor. Lexic. s. v. πολυκαγκέα δίψαν, στλεγγιδοποιός e Lexic. rhetor. in *Bekker.* Anecdot. gr. Vol. I. p. 303, φιλιοποιεῖν e Tzetz. Il. p. 86. Vocem ἀλφιτοποιός (Etym. M., et Hesych. s. v. γέρανος), quam *Stephanus* habet *Schneiderus* omisit, idem valet de voce κρηπιδουργός (Lex. rhet. Anecd. *Bekker.* Vol. I. p. 273; μυθουργία Schol. in *Faehs.* Syllog. p. 30,

quem locum ad numeros reuocauit *Friedemannus* meus in comment. de med. syllab. Pentam. Gr. elegiac., vid. *Spitzn.* de vers. Gr. heroic. p. 329, Χιουργής Eustath. 907 l. 26.

Vbi locum illum Etymologici s. v. γέρανος contuleris, videbis huius vocis significationes non nimis recte esse constitutas in Lexicis, ne *Stephani* quidem Thesauro excepto. Fortassis rectius dispositae sunt ita:

Γέρανος, ἡ 1) grus, Attice. Phauorin. s. h. v. et vs. al. 2) machina tollendis oneribus comparata, vid. Interprr. Hesychii, praecipue machina scenica. Iul. Poll. IV. 130; in l. l. Etymol. M. ed. *Sylb.* γέρανος καὶ ὁ ἐν τῇ σκηνῇ ἅρπαξ κατεσκευασμένος ὑπὸ τοῦ μηχανοποιοῦ· ἐξ οὗ ὁ ἐσκευασμένος ὑποκριτὴς . . τραγῳδός, vt aliquid deesse videatur. *Sylburg.* in not.: „Locus ita quodammodo expleri potest, ὑποκριτὴς ἢ τραγῳδὸς σῶμα ἥρπαζε. sed parum sanus videtur locus, et participium ἐσκευασμένος e praecedenti membro repetitum esse haud abs re suspicetur quispiam." In edit. princip. sic exhibetur: „ὑποκριτὴς τραγῳδός.", in edit. Turrisan. nihil spatii relictum est, editor recte vidit, non aliquid excidisse ibi, sed forte ita accidisse. Lex. rhetor. in *Bekkeri* Anecd. gr. V. I. p. 232, vt videtur, optime, ὑποκριτικῶς τραγῳδεῖ, e ratione fabulae partes suas agens; Phauorin. in Lex. eodem modo exhibet, quo in Etymol. M. leguntur, sed iunctis verbis neque interposito iis spatio.

3) Genus saltationis, vid. Interprr. Hesychii, qui mihi hic otium fecerunt; 4) piscis marinus ap. Aelian.

ὁ 1) grus ἑλληνικῶς, Phauorin. 2) pluuia, ap. Cyrenaeos, s. imber ῥαίνων τὴν γῆν (γέρανος) Etym. M. Phauor.

τό grus, vti videtur, Etym. M., Phauorin. ἔστι δὲ καὶ οὐδετέρως τὸ γέρανος.

Incerti generis est denotans ὄργανον ξυλικόν, ἐν ᾧ κόπτουσιν οἱ ἀλφιτοποιοὶ τὰ ἄλφιτα, ὅθεν καὶ γεράνεια τὰ ἄλ-

φιτα καλοῦσιν. Etym. M., Phauorin., Lexic. rhetor. l. l. et Hesychius inde emendandus.

Contra in Lexico rhetor. l. l. scribe γεράνεια. Eustath. p. 1017. l. 19 refert, τὸ ὕδνον secundum nonnullos γεράνειον dici. In Lexicis hoc vocabulum non inueni.

Triplicis igitur generis est γέρανος, ὁ, ἡ καὶ τό.

Sed tamen pergamus ad ἅπαξ εἰρημένα *rhapsodiae* Ω.

V. 8 Ὁρμαθός.

De significatione vid. Etymol. Magn. s. h. v., Suid., Zonar., Phot., Eustath. p. 1951 l. 28 et 34; Hesychius ad h. v. duplicem exhibet explicationem, quarum posterior, quae in hoc Odysseae loco v. ὁρμαθοῦ ad ἀποπέσῃσιν refert, verior est: ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης· τόπου ἐπαλλήλου πετρώδους συνθέσεως, ἢ τοῦ τῶν νυκτεριδῶν (scrib. νυκτερίδων) ἀθροίσματος. Adde *Fischer.* in Indic. Theophrast. et ad Anacr. Odar. XXXII, 11. Scribitur saepe ψιλῶς· ὀρμαθός, v. c. in Eustath. l. l., Schol. Aristophan. ad Plut. v. 765 et Phauorin. p. 1110, qui totum locum in suum vsum conuertit; sed Eustath. canonem profert, secundum quem δασύνεται, p. 140 l. 11, cfr. Etym. M. s. v. αἴσθω.

V. 83. Τηλεφανής.

Quid significet et sponte apparet et a Scholiastis et Glossographis docetur. Ad eos, quos commemorare soleo, accedit Schol. Aristophan. ad Nub. v. 280 [5].

V. 89. Ἐπεντύνω.

Eustath. p. 1953 l. 38 ἐπεντύνονται ἄεθλα ἤγουν εἰς ἀγῶνας ὁπλίζονται, 1455 l. 56 ἐντύνεσθαι dicit denotare

---

5) Adscribas Lexicis πολυφανής ex Eustath. p. 254 l. 6, ἐλεφαντοφανής ex eod. p. 1877 l. 42; λιοφανής e Tzetz. schol. in Lycophron. v. 48 p. 343 edit. *Müller.*, ἀλλοιοφανής ex Etymolog. Magn. ed. *Sylb.* p. 21 l. 29.

ὁπλίζεσθαι. Hanc interpretationem sequutus *Vossius*, vertit hunc versum:

Iünglinge schön sich gürten um preise des kampfs zu gewinnen,

siue vti editio variis curis emendata exhibet (a. 1815):

Iünglinge gürten zum kampf um manch vorstralendes kleinod.

Sed ἄεθλα sunt, non ἄεθλοι, vt Eustathius putasse videtur, atque ἐντύειν et ἐντύνειν dicitur aliquis ἵππους εὐνήν, δέπας, ἀοιδήν, et in media forma, quae inprimis in postremis Iliadis libris et in Odyssea regnat, aut sese aut ἄριστον, δεῖπνον, δαῖτα. Denotat igitur *parare*, apparare, instruere, parare cantum (ἀναβάλλεσθαι), coenam, sese. Parare sese (ἐντύνεσθαι) ad *praemia* certaminis (ἐπ' ἄεθλα), quis intelligat? *Parantur*, ἐπεντύνονται, ἐκφέρονται, κεῖνται, φαίνονται ἄεθλα. Simili modo similis vox *nondum* inserto ν producta Il. Θ. 374, de parandis et adornandis equis posita ἐπεντύειν ἵππους denotat εὐτρεπίζειν. Versum nostrae rhaps. ita potius vertendum esse puto:

Iünglinge gürten zum Kampf, und den Dank für die Kämpfer man ausstellt.

V. 167. Πολυκέρδειαι.

Πολυκερδής, adiectiuum, legitur Od. *N.* v. 255. Dixi supra de huius et similium substantiuorum natura; substantiuum ita formatum ex omni hac stirpe, hoc loco excepto, primum, quod sciam, legitur apud Pindarum ἀκέρδεια, Ol. I. 84.

V. 208. Κλίσιον.

De hac voce et eius rationibus supra disserui.

V. 209. Σιτέω, — έομαι.

Henr. Stephanus in Thesaur. Gr. σιτέσκομαι frequentatiuum esse dicit, vnde σιτέσκοντο formatum sit.

Propius est augmentum *εσκον εσκομην*, siue verius terminatio, quae augmenti locum tenere putatur. Negat quidem has formas contractas *ἀναλόγους* esse *Wesselingius* ad Herodot. p. 88, 79 et p. 507, 74, neque *Brunckio* satisfecit (ad Argonaut. Apollon. Rhod. l. IV. v. 1514,) *Clarkius* (ad Il. *O.* v. 338). Contra vero *Schaeferus* probat ad Apollon. Rhod. Arg. T. II. p. 175 sq., et huic quod debebat, assensus est *Spitznerus* meus in Append. libr. de versu Graecor. heroic. p. 215 sq. Exemplis ab his viris iam notatis addi possent, *παρεκέσκετο*, quod alio respectu tetigerunt, *κράτεσκε* Pindar. Nem. III. v. 90, ed. *Böckh.* 50, Eustath. ex Heraclid. Gram. *ἐφίλεσκεν, ἐνόεσκεν* p. 1642 lin. 11, Etymolog. Magn. s. v. *ἔσκε* affert *ἐφίλεσκε*, idem Phauorin. s. ead. v., et *πολεσκε* atque *ἐβόασκε* s. v. *φράζεσκε.* Nescio quam ob causam *Sturzius* in Annotat. ad *Maittairii* libr. de dialectis p. 163 sq. ed. *Sturz.*, locum Phauorini tantopere disturbarit. E Phauorino eum adscribam.

Φράζεσκε, τύπτεσκε, λέγεσκε, πείθεσκε, σπείρεσκεν, ἀκούεσκεν, (haec *Sturz.* omisit,) *Ἴωνες εἰώθασι σχηματίζειν* (*Sturz.: χρηματίζειν*) *τὰ τρίτα πρόςωπα ἐκ τοῦ τρίτου προςώπου* (h. e. *κοινῶς ἐσχηματισμένου*) [verba notata *Sturzius* non exhibet,] *τοῦ παρατατικοῦ καὶ τοῦ δευτέρου ἀορίστου ἐνεργητικοῦ ἀποβολῇ τῆς συλλαβικῆς αὐξήσεως καὶ τῆς χρονικῆς* [ap. *St.* des.] *καὶ προςθήκῃ τῆς σκε συλλαβῆς, καὶ τοῦτο* [neque haec habet *St.*] *ἐν τοῖς βαρυτόνοις ῥήμασιν· ἐν τοῖς περισπωμένοις δὲ καὶ ἐν τοῖς εἰς με* [leg. *μι*] *οὕτως ἐποίει, ποίεσκεν ἐκβολῇ τοῦ ι τῆς ει διφθόγγου* [haec omnia desunt], *ἐβόα ἐβόασκε συστολῇ τοῦ α,* [hic verba posuit *ἐποίει ἐποίεσκε*], *ἐχρύσου ἐχρύσοσκεν, ἐκβολῇ τοῦ υ* [*Sturz. ἐ. τοῦ ο καὶ τοῦ υ,*], *ἐτίθεσκε συστολῇ τοῦ η εἰς ε, ἵστη ἵστασκε, συστολῇ τοῦ η εἰς α* [etiam desunt], *ἐδίδω ἐδίδοσκε συστολῇ τοῦ ω εἰς ο* [primum verbum deest], *ὁμοίως ἐζεύγνυ ζεύγνυσκε* [hic addita sunt:

ἔστασκε συστολῇ τοῦ η εἰς α]. Τὸ τρίτον πρόσωπον δὲ τοῦ δευτέρου ἀορίστου τῶν βαρυτόνων, καὶ περισπωμένων ῥημάτων πάντων τὸ ε ἔχει πρὸ τοῦ σκε· οἷον ἔτυπε τύπεσκον, ἔφλεγε φλέγεσκε.

In his nihil mutaui, quam modum seiungendorum commatum et verborum distinguendorum.

Caeterum de augmento in his formis ἔσκον et ἐσκόμην vid. *Wolf.* in Praefat. Edit. Iliad. 1804. p. 68 *Schaef.* et *Spitzner.* ll. ll. Addi possunt e locis modo laudatis ἐφίλεσκεν, ἐνόεσκεν, ἐβόασκεν, ἐχρύσοσκεν, ἐτίθεσκεν, ἐδίδοσκεν et quae inferius commemorabo. Vereor autem, ne ista Phauorini corruptio, quam notaui, fraudem fecerit *Spitznero* meo l. l. Phauorinus dicit in βαρυτόνοις verbis augmentum, siue syllabicum siue temporale sit, abiici et in fine σκε addi, in περισπωμένοις et verbis in μι exeuntibus accedere praeterea ἐκβολὴν et συστολήν, sed neque eum neque auctorem Etymol. Magni plane negare augmentum his formis praefigi posse ex aliis locis patet. Phauorin. et Horti Adonid. (fol. 171) s. v. φιλέεσκε haec habent: — ἐφιλέεσκον. ἐφιλέεσκε καὶ ἀφαιρέσει φιλέεσκε, et Phauorin. ἐφιτίσκοντο s. h. v. exhibet, et alia, quae iam supra notaui. Etymol. Magni auctor non suam, sed alius sententiam eloquitur. Postquam de his formis s. v. ὁμοκλήσασκε multa dixerat, quae huc transferre nolo, quum sine dubio breui contingat, vt hic vere aureus liber, nunc *Schaeferi* curis editus omnium, quibus talia curae cordique sunt, manibus teratur, addit p. 566 ed. nov. s. 624 extr. *Sylb.* Λέγει δὲ ὁ Ἄμβρων, ὅτι εἴ τι προσλαμβάνει ταῦτα κατὰ τὸ τέλος, ἀποβάλλει κατὰ τὴν ἀρχήν, κ. τ. λ. et p. 625 l. 10 ed. *Sylb.* διατί δὲ εἶπε κ. τ. ἑξ. Idem docet locus s. v. φιλέεσκεν, vbi ait ὁ παρατατικὸς ἐφιλέεσκον.

Caeterum non video, quidni Graeci in formis in

εσχον et *εσχομην* exeuntibus, etiamsi augmenti instar essent illae terminationes, vti habentur, augmentum addere possent. Hoc eo minus perspicio, quo diutius reputo, quanta facilitate augmentum in aliis variarint [6]), in aliis plane omiserint [7]), contra in aliis duplex posuerint [8]). Quodsi id in aliis tam libere iis

6) *Ἠδυνάμην, ἠβουλόμην, ἤμελλον, εἴληπται, εἵμαρται, ἔοικα ἔολπα* et al. vid. gr. gr. v. c. *Matthiae* p. 192 sqq. et q. l. *Fischer.*, Gregor. Cor. p. 109 ibiq. interprr.. Grammat. Meermann. p. 645 ib., Grammat. Augustan. ib. p. 674, Excerpt. e cod. Vatican. ib. p. 688, Thom. Mag. p. 403 ed. *Bern.*, Phavor. s. v. *ἐώνηκα*, Lascar. p. 37, *Stephan.* Paralip. p. 37, Eustath. p. 207 l. 36, 759 l. 43, 1436 l. 51 ed. Rom. et al.

7) Ex Iade, vbi hoc saepissime fieri vel puerulis notum est, in Atthida migrauit. De omissione augmenti apud Atticos cfr. quos affert *Matthiae* Gr. gr. p. 191. not. h) adde iis, ad quos ibi ablegat: *Brunck.* ad Eurip. Bacch. 1173, *Hemsterhuis.* ad Luc. D. D. XX. 6 Tom. I. p. 258., *Reitz.* ad Luc. V. Hist. l. 13. T. II. 80, et quos commemorat, *Schaef.* ad Long. Past. p. 426, *Pierson.* ad Moer. p. 154, *Fischer.* l. l. 285 sq., *Reisigium* in Coniectan. in Aristoph. l. I. p. 79 sqq.

In Plusquamperfectis saepissime abest augmentum. Vide *Fischer.* Specim. Animaduers. ad *Well.* Gr. gr. II. p. 317, et quos ibi laudat, adde Gregor. Cor. p. 676, *ἀνακεχωρήκεισαν* Polyb. I. 17, *ἀποκεκλείκεσαν* ib. I. 72, *πεφροντίκεσαν* Tzetz. Exeges. Il. p. 3. 4, *πεποιήκεσαν* ib. *συντεθείκεσαν* ib. p. 125 *παρωχήκεσαν* ib. 43, *συγγεγραφήκεσαν* ib. 45 (p. 27 l. 14 et p. 47 l. 21 eodem modo legendum est), *εἰρήκεσαν* ib. 5, 24, 72. *παραδεδραμήκεσαν* ib. 5, *λεληρήκεσαν* ib. 78, *πεπαίδευτο* ib. p. 18 [p. 146 lege: *Ὅμηρος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ πρὸ αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτὸν ἕτεροι, ἐν Αἰγύπτῳ πεπαίδευτο πᾶν μάθημα λογικόν.*], *καταδεδραμήκεσαν* Xenoph. Cyr. VII. 11. 2, *δεδανείκεσαν* Plut. V. Eum. c. 16, *πεποιήκεσαν* Arrian. Expedit. Alex. III. 8. p. 115 ed. *Gronov.*, et *βεβοηθήκεσαν* ib. p. 114, *ἀναβεβήκεσαν* Thucyd. III. 23.

8) *Matthiae* l. l. 201 sq. et, quem laudat, *Fischer.* l. l.; iis quae notarunt illi adde Eustath. p. 438. l. 6, 1325 l. 27 ed. Rom., *Doruill.* ad Chariton. p. 572 edit. Lips., Gregor. Corinth. p. 109 ibiq. interprr. et al.

constituere licuit, non intelligo quam ob causam hic tam angustis coërcendi sint limitibus, si quidem augmenti locum reuera ex asse obtinet haec terminatio. Numerorum causa et mollioris soni gratia augmentum saepe excidisse patet [9]), contra ex iisdem causis retinendum et muniendum est. Ita in Homero, πᾶσ' ἀνεμορμύρεσκε Od. *M*. 98, non πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε: contra Il. *T*. 135 quanquam consentiunt in eo Venet. Vatic. et Townlei. Codd. non est scribendum Ἀργείους ὤλεσκεν.

In Apollonii Rhod. Argonaut. II. 551:

Δινήεις ὑπένερθεν, ἀνακλύζεσκεν ἰοῦσαν.

Schaeferus [Tom. II. p. 175] ἀνεκλύζεσκε, quod Schol. Paris. exhibent, commendat, et III. 610, vbi nulla lectionis varietate legitur:

— *παρηγορέεσκεν ἔπεσσιν*,

et I. 1074, IV. 1650, vbi in vtroque loco *Brunckius* e quatuor codd. augmentum recepit, docent Apollonium non nimia cura effugisse vnius eiusdemque soni repetitionem. Quamobrem III. 687, IV. 1725 euphonia *Brunckium* non adeo religiosum reddere debuit, vt vulgatam et plurimorum codicum auctoritate confirmatam lectionem desereret. In Callimachi hymn. in Dian. v. 133 πόλλ' ἐτέλεσκον, in Herodot. ed. *Wessel*. I. 100 ἐσεπέμπεσκον, VIII. 63 ἀνεδιδάσκετο, et ex edit. *Stephan.* notantur a *Porto* in Lexic. ἐπετείνεσκε p. 48 l. 6, κατελίπεσκε p. 156 l. 15, ἐλάβεσκον p. 166 l. 40.

---

9) *Wolfius* in Praefat. nov. edit. Hom. (1804) p. 68 haec dixit: Rursus obseruatum est a pluribus, verba in σκον exeuntia, perraro assumere augmentum, πωλέσκετο, μισγέσκετο, non ἐμισγέσκετο, vt Odyss. υ. 7, id quod tuetur scripturam Eustath. τ. 135 ἀλέεσκον et ω. 24 ὀτρύνεσκον. *Sed maxime accommodari augmentum debuit numerorum gratiae, quo notationes Grammaticorum inprimis spectare coniicias.* Nam si quis leuem cultellum intenderet huic versui, *Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας*, sic scilicet corrigendo, *Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν νείκεσας οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν*, aut, *Ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος χάζετο, χώσατο δ' αἰνῶς*, cuius non dolerent auriculae? etc.

V. 222 Ἐςκαταβάινω.

In reliquis carminum homericorum partibus nondum coaluit praepositio cum verbo. Caeterum quam vere ostenderit *Passouius* vocem εἰςανέχω a Lexicis parum recte abesse, docet etiam locus Apollon. Rhod. Argonaut. IV. 1518; adde Lexicis etiam haec: ἀπεκβαίνω ex Eustath. p. 1617 l. 12, διέκβασις Eustath. p. 1887 l. 7, ἀντεμβαίνω e Galen. Glossar. s. v. γιγγλύματα. Huic verbo ἀντεμβαίνω in Lexica inferendo adiunge: ἀντεξετάζω e Schol. min. ad Odyss. p. 251 ed. *Camerar.*, ἀντιβαστάζω ex Eustath. p. 1933 l. 37, ἀντιδημηγορέω Eustath. p. 1966 l. 29, ἀντιξενίζω Eustath. p. 1961 l. 37, ἀντιστοιχείωσις Tzetz. Il. p. 93, ἀντιτοιχέω Phrynich. in Anecdot. gr. *Bekker*, Vol. I. p. 34, rectius vero esse censet διατοιχέω.

De forma

V. 218 ἀγυρίησι

inferius dicetur; hanc ob causam ne eadem repetere debeamus hic silentio eam praetereamus.

V. 227 Λιστρεύειν.

Λίστρον Od. X 455 tantum reperitur; quid significet et λίστρον et λιστρεύειν Glossographi satis clare docent, et Eustath. p. 1119 l. 55, 1926 l. 38, 1935 l. 40, 1959 l. 46 sqq., Schol. brev. ad Od. X. l. l. ἀπὸ τοῦ λιαίνειν deriuant, quae forma, quanquam Lexica eam non exhibent, defendi potest. Quemadmodum a λέω λεαίνειν, λείω, λειαίνειν, ita a λίω λιαίνειν fieri potest. Etymolog. Magn. p. 532 ed *Schaefer.* formam praebet λιστρός, quam nusquam vidi enotatam.

V. 228 et sq. Ῥαπτός.

Verbum propter raritatem locorum, in quibus vsus verbi ῥάπτειν et inde deriuatorum deprehenditur, non plane indignum quod notetur. Locum in Apollon.

Sophist. Lex. homer. s. v. γράπτῦς, vbi in hoc versu, quem commemorat, γράπτυς scriptum est, iam *Villoisonus* ad h. l. emendauit.

V. 229 Γραπτύς.

Semel hoc loco; quid significet Eustath. p. 1959 l. 57 sqq., Schol. breu. ad h. l., Apollon. Soph. s. h. v., et alii multi explicuerunt, ἄμυξις, κατάξυσις, καταπερίξυσις, ἀμυχή interpretantes.

Vocabula ξεσμή et μυγμή, quae apud Tzetz. Exeges. Iliad. p. 122 leguntur significatione occasionis reprehensioni datae, siue ad vituperium, ad rodendum, vellicandum, adscribas Lexicis; prius nemo, quod sciam, posterius solus *Stephanus* annotauit.

V. 230 Χειρίς,

Χειρῖδας δ' ἐπὶ χερσὶν Eustathius explicat ἤγουν τὰ τῶν χειρῶν καλύμματα ἐκ δερμάτων δηλαδὴ καὶ αὐτὰ ὄντα, quemadmodum κνημῖδες erant. Eustathius et in versu et in commentario παροξυτόνως χειρίδας exhibet, et hunc sequuti sunt innumeri. Censor editionis Homer. *Wolf.* in Ephemerid. literar. Ienens. a. 1809, mens. Octob. p. 152 ad analogiam vocabuli κνημῖδας reuocari vult. Recte quidem; κανόνας inueni hos de verborum in ῑς exeuntium prosodia et accentu.

In foemininis oxytonis in ῑς desinentibus vltima et producitur et corripitur. Quando producitur et praecipue in foemininis oxytonis *duarum syllabarum* penultima φύσει [10]) ἢ θέσει longa [11]) esse solet.

10) Alii dicunt: penultima φύσει tantum (non autem θέσει) producta esse solet, vide quae reg. pros. n. 31 refert, adde Drac. p. 47 l. 13. Alii addunt: quando haec foeminina neque *Nomina propria* neque *deminutiua* sunt, vid. Draco. p. 47 l. 14, Theodor. Gaza l. III ed. Basil. a. 1529 p. 74, Lascar. ed. Const. p. 238. Alii dicunt: quando ῑς syllaba literam η in penul-

De hisce foemininis oxytonis disyllabis penultimam natura aut positione productam habentibus vide Dracon. Stratonic. p. 15 l. 23 sqq., p. 25 l. 12 sqq., p. 45 l. 15 sqq., p. 96 l. 12 sqq., regul. de prosod. in libr. *Hermanni* de emend. rat. gr. gr., n. 30, p. 427 l. 9 sq., n. 31, p. ead. l. 19 sqq., ib. n. 118 p. 447 l. 17 sqq., Herodian. apud Eustath. p. 26 l. 36 sqq., l. 41 sqq.

Idem innuit auctor Lexic. cuius fragm. edid. *Hermannus* in l. l., p. 325 l. 18 sq.

Exempla commemorant haecce:

Ἀκτίς, Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. 38, Etymol. Magn. p. 518 ed. *Sylb.* l. 38, distinguas ibi verba hoc modo: *εἰ μὲν ἐκτείνουσι τὸ δίχρονον, ἐν τῇ συνθέσει παροξύνεται*, sequuntur l. 40 recte constituta: *εἰ δὲ βραχὺ αὐτὸ ἔχει, προπαροξύνεται ἐν τῇ συνθέσει.*

Ἁψίς, Drac. p. 23 l. 15, p. 45 l. 18, regul. prosod. 118 ap. *Herman.* l. l. p. 447 l. 20, Eustath. p. 26 l. 39, vnde videbis locum Drac. p. 23 ita esse emendandum.

Βαλβίς, Drac. p. 47 l. 17, p. 56 l. 14, p. 96 l. 14, Theodor. Gaza ed. Basil. 1529 p. 74, et Lascar. Gram. ed. Const. p. 238, Etymol. M. s. v. *κληΐς*; *Spitznerus* meus in libr. de vers. gr. her. p. 49 in reg. prosod. ap. *Herman.* in l. l. p. 447 l. 20 sq. ita legendum esse censet, hoc modo etiam emendes Drac. p. 23 l. 15, p. 45 l. 18, confirmantur hae emendationes ll. supra ll., quos adde iis, quibus *Spitznerus* sententiam suam muniuit.

Γλωχίς, Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. 42.

---

tima positam sequitur ($\bar{\eta}$—$\bar{ις}$) et genitiuus $\overline{δος}$ formatur, vid. reg. prosod. 30 (p. 427 l. 9 sq.), hinc Draco p. 69 statuit: quae penultimam producunt in genitiuo habent $\overline{δος}$, quae corripiunt in eodem casu $\overline{ιος}$.

11) Alii obseruarunt: quando ante literam $\bar{ι}$ consonam habent, vid. Draco. Stratonic. p. 56 l. 13 sq., Etymol. Magn. s. v. *κληΐς* ed. *Schaef.* p. 470; exceperunt vocem *κληΐς*.

Δελφίς, ibid. l. 38, regul. prosod. 31 (l. l. p. 427 l. 20).

Κηκίς, Drac. p. 23 l. 14, p. 45 l. 17, regul. prosod. 118 (l. l. p. 447 l. 19).

Κηλίς, Drac. p. 23 l. 14, p. 45 l. 17, p. 118 l. 16, regul. prosod. 118 (p. 447 l. 19).

Κληΐς, Eustath. p. 532 l. 29, p. 1437 l. 50, vide not. 11 et cfr. *Friedemanni* mei obseruat. p. 325 in libr. *Spitzneri* de vers. Gr. her.

Κνημίς, Eustath. p. 26 l. 29 (Attice), p. 1235 l. 64, et p. 1437 l. 50, Herodian. ap. eund. p. 26 l. 39 et 42, Drac. p. 47 l. 16.

Κρηνίς, Drac. p. 23 l. 14, p. 45 l. 17, regul. pros. 118 (l. l. p. 447 l. 20. Ita s. dub. leg. Drac. p. 96 l. 14 pro *κορωνίς*, hoc enim vbiuis corripitur cfr. Drac. p. 47 l. 19, et in reg. pros. 31 (l. l. p. 427 l. 21) pro *κρημνίς*.

Κρηπίς, Drac. p. 15 l. 24, p. 118 l. 17, fragm. Lex. gr. ap. *Herm.* l. l. p. 325 l. 19, Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. 58 sq., regul. de prosod. 31 (l. l. p. 427 l. 20), Eustath. p. 1220 l. 51 sq. [cfr. *Schaefer.* ad Sophocl. Tom. I p. XXII not. **)], et p. 1235 l. 64.

Νησίς, Drac. p. 23 l. 14, p. 45 l. 17, ita etiam in regul. pros. 118 (l. l. p. 447 l. 20) scribendum esse censuit *Spitznerus* l. l. p. 49 not. **).

Σφραγίς, Drac. p. 23 l. 14, p. 45 l. 17, p. 56 l. 14, regul. prosod. 118 (l. l. p. 447 l. 20) Eustath. p. 1235 l. 64 et p. 1437 l. 50.

Τευθίς, Drac. p. 15 l. 25, fragm. Lex. gr. ap. *Hermann.* l. l. p. 325 l. 19, Eustath. p. 1220 l. 52.

Φαρκίς, Drac. p. 23 l. 15, p. 45 l. 18, regul. pros. 118 (l. l. p. 447 l. 21).

Ψηφίς, Drac. p. 15 l. 24 sq., p. 23 l. 24, p. 45 l. 17, p. 96 l. 14, regul. de prosod. 118 (l. l. p. 447 l. 20), fragm. Lex. gr. ib. p. 325 l. 19, Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. 39 et 42, Eustath. p. 1220 l. 52, p. 1235 l. 64, p. 1437. l. 50.

'Ωδίς, Drac. p. 104 l. 23, p. 165 l. 7.

Sed in quibus corripitur ῑ, penultima longa sit an breuis parum interest, Draco Strat. p. 23 l. 8 sqq., p. 45 l. 11 sqq., et oxytona foeminina, quae aut penultimam non producunt, aut nomina propria aut deminutiua sunt, corripiuntur, Draco p. 47 l. 11 sqq. coll. 18 sqq., Theodor. Gaza l. III p. 74, Lascar. p. 238.

Exempla annotarunt veteres Grammatici haecce:

Αἰγίς, Drac. p. 23 l. 10, p. 45 l. 14, reg. prosod. n. 30 l. l. p. 427 l. 13, vide inferius.

'Ακρίς, Eustath. p. 1220 l. 50.

'Ασπίς, Etymol. Magn. p. 518 l. 41.

Βολίς, Drac. p. 15 l. 23, p. 23 l. 11, p. 45 l. 14, reg. pros. n. 30 p. 427 l. 12.

Δωρίς, Drac. p. 23. l. 12, p. 45 l. 15, p. 47 l. 19.

Μηλίς, Drac. p. 23 l. 11, p. 45 l. 14. Ibid. p. 47 l. 19 lege pro μήνιδος μηλίδος.

Νησίς, Drac. p. 47 l. 20, sed vide pag. antec.

Πατρίς, Etym. Magn. p. 518 ed. *Sylb.* l. 41.

'Ρανίς, Drac. p. 23 l. 11, p. 45 l. 14, regul. pros. p. 427 l. 12.

Σκελίς, Eustath. p. 26 l. 31, Phauorin. p. 1072 l. 49, Etymol. Magn. l. l. l. 54.

Dissentiunt autem Grammatici in multis; de vocabulo νησίς monui, et alia iam initio notaui; de alia re idem iam vidit *Spitznerius* meus l. l. p. 49 not. 1, canones reg. pros. n. 31 τὰ εἰς ῑς ὀξύτονα καὶ ἐπ' εὐθείας καὶ ἐπὶ γενικῆς ἐκτείνονται, et Drac. p. 47 l. 15 — ἐπὶ μὲν τῆς ὀνομαστικῆς τὸ ῑ βραχὺ ἔχουσιν, ἐπὶ δὲ τῶν πλαγίων μακρόν, cfr. etiam Theodor. Gaz. p. 74, et canonem ib. p. 71 l. 9 (ὄρνις) ἐπὶ — τῆς γενικῆς μακρόν ἐστι. κανὼν γάρ ἐστιν ὁ λέγων, ὅτι οὐδέποτε παραλήγουσα γενικῆς περιττοσυλλάβου μείζων τῆς ληγούσης τῆς ἰδίας εὐθείας εὑρίσκεται, πλὴν τοῦ ὄρνιθος καὶ κώμυθος καὶ πό-

λησς, ne alios, v. c. p. 58, commemorem, secum pugnare patet.

E foemininis oxytonis disyllabis praecipue ea corripiunt ῑ, quorum nominatiuus ita formatus est, vt η alius cognatae vocis abierit in ῑς Drac. Strat. p. 15 l. 21 sqq. atque Eustath. p. 1220 l. 50, v. c. γραφή, γραφίς, βολή, βολίς.

Barytona autem foeminina disyllaba omnia ῑ in vltima syllaba corripiunt.

Canon legitur ap. Dracon. Strat. p. 41 l. 13 sqq., reg. prosod. n. 118 p. 447 l. 18 sqq. l. l.

Τὰ — εἰς ῑς (reg. pros.: ῑ) λήγοντα βαρύτονα (reg. pros. add. ἀεί) συστέλλει τὸ ῑ [εἰ μὴ (reg. pros. perperam: μέν) σύνθετα ὑπάρχει ἐξ ἁπλῶν ἐκτεινόντων τὸ ῑ] οἷον (reg. pros. non habet,) κόνις: δῆρις, μάντις, ὄρχις, ὄφις, λάτρις, ὄρνις.

Cfr. etiam Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. 36 sq., Draco. p. 62 l. 19 sq., et p. 71 l. 7 sq., vbi masculina eidem canoni accenset, vti Theodor. Gaza l. III. p. 71 ed. Bas. 1529.

Exempla sunt: δῆρις Drac. p. 41 l. 15, reg. pros. 118 p. 447 l. 10, ἔχις Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. 38, Θέτις Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. ead., κόνις Drac. p. 41 l. 15, reg. pros. 118 l. l. l. 10, λάτρις Drac. p. 41 l. 16, p. 62 l. 19, reg. pros. 118 l. l. μάντις Drac. l. l. reg. pr. l. l., ὄρχις ib. ib., ὄφις ib. ib. Herodian. ap. Eustath. p. 26 l. 38.

Excipienda est ex hoc numero vox ὄρνις, in qua *Attice* ῑ producitur. Draco p. 71 — ἡ λήγουσα Ἀττικῶς ἐκτείνεται· τὰ γὰρ εἰς ῑς et quae sequuntur paullo superius a me commemorata ad verbum ὄρνις. Ἀριστοκλῆς δὲ ἐν τῷ περὶ διαλέκτων (reg. pros. διαλέκτου) φησὶν Ἀττικοὺς ἐκτείνειν. προςέθηκα κ. τ. λ. ibi verba Ἀρι-

στόκλῆς vsque ad ἐκείνων parentheseos locum obtinent, et ad solam vocem ὄρνις referenda sunt, cfr. Drac. p. 62 l. 20, p. 71 l. 7 et 12, Theodor. Gaz. l. III p. 71.

Rationem disyllaborum barytonorum etiam trisyllaba sequuntur, ita Ἄλεξις et πρύτανις ap. Herodian. in Eustath. p. 26 l. 38, et omnino ὑπερδισύλλαβα quotquot a *datiuo* formantur, ita Αἰθίοπι, Αἰθιοπίς, Πέλοπι, Πελοπίς, reg. pros. n. 30 l. l. p. 427 l. 14 sq. Deinde omnia epitheta ὑπερδισύλλαβα, siue longa siue breuis sit penultima, ῑ corripiunt, vti αὐλητρίς, στρατηγίς, Drac. Stratonic. p. 47 l. 20 sqq., Theodor. Gaz. l. III p. 72, 74.

Omnino vero, siue disyllaba siue ὑπερδισύλλαβα sint, corripiunt ῑ foeminina oxytona καθαρεύοντα, siue in quibus syllabae ῑς statim praecedit vocalis, vide Dracon. Stratonic. p. 23 l. 23 sqq., p. 45 l. 26 sqq., p. 56 l. 14, regul. de prosod. 118, l. l. p. 447 l. 28.

Exempla: Βρισηΐς, Drac. p. 56 l. 15, δμωΐς, Drac. p. 23 l. 24, reg. prosod. 118, l. l. l. 29, Θησηΐς, reg. pros. l. l., Drac. l. l. et p. 45 l. 27, ἡρωΐς, reg. prosod. 118, l. l. l. ead., Drac. ll. ll., Λαΐς, Drac. ll. ll., Μινωΐς, regul. prosod. l. l., ita etiam apud Dracon. p. 23 l. 25 et p. 45 l. 27 legendum est, Ναΐς, Drac. p. 23 l. 24, et p. 45 l. l., et ion. form. Νηΐς, Drac. 56, l. 15, Χρυσηΐς Drac. p. 56 l. 15. Hanc ob causam corripiunt poetae ῑ literam η̄ ei praefigentes, Ποταμηΐδος, Παγασηΐδος Draco p. 47 l. 24 sqq., Theodor. Gaz. l. III p. 75.

Excipienda vero est vox κληΐς Drac. p. 23 l. 23, p. 45 l. 26, p. 56 l. 12, Etym. Magn. s. h. v. Eustath., vide supra p. 170 sq.

Nonnullae voces *Attice corripiuntur*, *Ionice* vero et *e consuetudine vulgari producuntur*. Ita in Atthide corripiuntur:

Καρίς, Drac. p. 25 l. 15, p. 45 l. 18 sq., p. 96 l. 15, Lex. gr. ed. *Herman.* l. l. p. 325 l. 17, regul. pros. 118, l. l. l. 22, Eustath. p. 1220 l. 50, Phrynich. ed. *Hösch.* p. 28.

Ῥιπίς, Drac. p. 25 l. 15, p. 45 l. 18, 96 l. 15 sq., regul. pros. ll. ll.

Contra in Iade et dialecto communi producuntur et *καρίς,* cfr. Drac. ll. e p. 23, 45, et 96 l. l., et reg. pros. ll. ll., et *ῥιπίς* ib. ib., ib., ib.

Hinc *καρίς* interdum ι producit, interdum vero etiam corripit, Draco p. 15 l. 20 sq. et 25, Eustath. p. 1220 l. 52 sqq. *Αἰγίς Attice* anceps est, reg. prosod. n. 31 l. l. p. 427 l. 21 sq., et de voce *ῥαφανίς* Eustath. Athenae. sequut. refert p. 1220 l. 54 sqq. eam ab alio poeta productam, ab alio correptam esse. Caeterum in Phrynichi Eclog. p. 28 ed. *Hösch.* legendum est *ῥαφανίδα* pro *ῥαφίδα,* quod iam, vti video, *Nunnesius* ad h. l. suspicatus est.

Praeterea ὑπερδισύλλαβα (i. e. τρισύλλαβα et πολυσύλλαβα) oxytona penultimam breuem habentia in *dialecto Attica* corripiuntur, in *Ionica* et *communi* producuntur.

Cfr. Drac. Straton. p. 25 l. 18 sqq., p. 45 l. 20 sqq., reg. prosod. n. 30, p. 427 l. 16 sqq., et n. 118, p. 447 l. 23 sqq. Ita v. c.:

Βλεφαρίς, Drac. p. 23 l. 20 sq., p. 45 l. 24, reg. prosod. n. 118 l. 26 l. l., *Κεραμίς,* Drac. p. 45 l. 24, *Πλοκαμίς,* reg. prosod. 118, l. l. Drac. ll. ll., *Ῥαφανίς,* Drac. ib. ib., reg. pros. ib.

Semper autem corripiuntur: *Ἀγαθίς,* Drac. ib. ib. reg. pros. ib., *Τρυφαλίς,* Drac. ib. l. 22, ib. l. 25, *Πινακίς,* Phrynich. ed. *Hösch.* p. 28.

Rursus vero pugnant hic secum Grammaticorum praecepta; de voce *πλοκαμίς,* de qua modo dixi, Drac. p. 47: τὸ δὲ πλοκαμὶς καὶ ἄλλ' ἅττα διὰ τὴν ἐπαλ-

ἀηλίαν τῶν τριῶν βραχέων ἐκτείνουσι τὸ ῑ, cfr. Theodor. Gaz. l. III. p. 74 sq.

Apud Eustathium p. 1437 l. 50 scribe: καὶ ὅτι — — εὐπλοκαμὶς (non εὐπλόκαμις) ἴσως δὲ καὶ ἡ πλοκαμὶς (non πλοκάμις) ἐκτείνει τὴν λήγουσαν (non παραλήγουσαν) [ὥσπερ ἡ κληῒς, καὶ ἡ σφραγίς, καὶ ἡ κνημίς, καὶ ἡ ψηφίς].

Apud Phrynichum p. 28 ed. *Hösch.* leguntur: κνημίδα, πινακίδα, καρίδα βραχέως τούτων τὴν παρατέλευτον, in quibus quod vox κνημίς recensetur, aduersatur omnibus aliorum Grammaticorum praeceptis. Hanc ob causam *Schaeferus*, vir omni doctrinae subtilioris copia abundans et locuplete penu aeque ac humanitate excellens, ad Long. p. 347 annotauit: „Aut errat Phrynichus p. 70 aut librariorum oscitantia corruptelam passus est.“ Fortassis haud inepte κερα cum κνη confusum esse statui possit, ita, vt pro voce κνημίδα κεραμίδα refingenda sit.

Theodorus autem Gaza lib. III. p. 71 sq.: καὶ ὀξύτονα δὲ θηλυκὰ ὄντα τῷ δ̄ κλινόμενα βραχυκαταληκτεῖ· κεραμίς, πινακίς, θηρίς, ψηφίς, κρητίς (leg. θυρίς, ψ., κρηπίς), αὐλητρίς, Πριαμίς, dicens, ad consensum perfectum redigi non potest.

Quae hucusque disseruimus, docent vocem χειρῖδας προπερισπωμένως esse scribendam, non enim deminutivum est (quanquam etiam ex his nonnullae voces v. c. νησίς et ψηφίς, vt supra vidimus, ῑ producunt). Quum igitur sit foemininum duarum syllabarum, oxytonum, penultimam natura longam habens antecedente ante literam ῑ consona, in genitiuo διὰ δ̄ κλινόμενον, iure et e praeceptis veterum Grammaticorum χειρῖδας scribere debemus.

V. 242 Ἀμφιλαχαίνω.

In carminibus homericis neque hoc verbum alicubi, praeter hunc locum, neque λαχαίνω simplex legitur.

V. 243 *Ἀδαημονίη.*

Alii v. c. Apollon. Sophist. in Lex. homeric. p. 32 ed. *Toll.*, et margo cod. Harlei. ἀδαημοσύνη exhibent, de qua voce multa protulit *Ruhnkenius* ad Xenophontis Memorabil. III. 9. 6. Vocem δαημοσύνη egregie reddidit *Hermannus* Orph. Lith. v. 62. Eustathius et Hesychius in hoc loco homerico ἀδαημονίη legerunt. Adiectiuum ἀδαήμων legitur Il. *E.* 624, *N.* 811, Odyss. *M.* 208, *P.* 283.

V. 250 *Αὐχμέω.*

Neque hoc verbum neque cognata huius verbi aliqua vox in reliquis carminum homericorum partibus reperitur. Iul. Pollux l. II. 34 ad comam praecipue refert, cfr. Eurip. Orest. v. 223, Glossar. vet. *hirsutum* interpretantur αὐχμηρόν, de omni habitu totius corporis Aristoph. Nub. v. 918, Lex. rhetor. sophist. in *Bekkeri* Anecdot. gr. Vol. I. p. 468. Eustath. ad h. l. p. 1960 l. 52 sq.: δῆλον δὲ ὅτι ῥύπος ξηρανθεὶς γῇ ἔοικεν αὐχμώσῃ καὶ μὴ τεγγομένῃ ὕδατι. Vocabulum αὐχμή expulit *Hermannus* rectissime ex Orph. Lith. v. 268, sed loco Phrynichi in *Bekkeri* l. l. p. 7 αὐχμὸς καὶ αὐχμή κ. τ. λ.

V. 251 *Ἀεργίη.*

Adiectiuum ἀεργος legitur Iliad. *I.* 320, Od. *T.* 27, substantiuum primum inueni apud Hesiodum *Ἔ.* 311. Cognatum κακοεργίη semel reperitur Od. *X.* 374. De penultima syllaba hic producta adeas *Hermannum* in Elem. doctr. metric. p. 56, *Spitznerum* de versu Graec. her. p. 83 sq., *Passouium* in libro: *Über Zweck, Anl. u. Ergänz. griech. Wörterb.* p. 15 sq., et interp. Plut. Aristophan. ed. *Hemsterhuis.*, p. 572 ed. *Schaefer.* Exemplorum turbae ibi congestorum addi possunt: ἀθυμίa Tyrt. IV. 10, καλιά, Hesiod. *Ἔ.* 305, Apollon. Rhod. Argonaut. I. 170, et *Brunck* not. ad h. l., contra καλιά Phoc. 80, quod aduersatur *Buttmanni* obseruat. §. 107 A. 2 et *Passov.* l. l. p. 17, Κασπία Apollon. Rhod. Arg.

III. 859 et *Brunck* ad h. l., ἀπιστία Theognid. v. 809 (831), Apollon. Sophist. in Lex. hom. p. 41 ed. *Toll.* Il. ψ. 342 legit ἀεικίη, vbi nunc ἐλεγχείη conspicitur.

Quare retinenda est vulgaris lectio ἀεργίη in loco hesiodeo, neque intrudenda, quae in libris Xenophonteis, Memor. I. 2. 56 sq., ex hoc Hesiodi loco commemoratur, ἀεργείη. De formatione horum substantiuorum vid. *Passouium* in lib. *Vber Zweck, Anlage und Ergänzung griech. Wörterbücher* p. 15 sqq., *Doruill.* ad Chariton. p. 446 ed. Lips. De natura eorum supra monui p. 106 sqq.

V. 252 Ἐπιπρέπω.

Οὐδέ τί τοι δούλειον ἐπιπρέπει εἰσοράασθαι
εἶδος καὶ μέγεθος.

Vide Pind. Pyth. VIII, 65 ed. *Böckh.* v. 46, de quo loco et nostro disseruit *Hermannus* de metris Pindari p. 289 sq., et ap. *Böckh.* Tom. I, P. II. p. 491.

V. 261 Ἀρτίφρων.

Ἀρτιεπής Il. X. 281. Pind. Olymp. VI. 105. Isthm. V. 58.

V. 279 Εἰδάλιμος.

De significatione vide Eustathium et Schol. brev. ad h. l. Apollon. Sophist., Etymol. Magn., et alios glossographos.

V. 286 et 314 Ξενίη.

Vti adiectiuum vbiuis in carminibus homericis et hesiodeis legitur, ita substantiuum nusquam. Apud Pindarum reperitur Olymp. IV. 25, Pyth. X. 99, Nem. X. 92.

V. 286 Ὑπάρχω.

Hoc compositum in carm. hom. et hesiod. frustra quaesitum apud Pindarum leges. Adde Lexicis ὑπεκφράζω ex Eustath. p. 1957, ὑποκάτειμι ib. p. 1613 l. 62.

V. 288 Πόστος.

Quotum denotat; in Xenophont. Cyrop. IV. 18 alia significatio notatur.

Ἀλύβας v. 304 et Σικανίη v. 307 pariter atque Κυλλήνιος huc vocari nequeunt, de illis ratione geographica supra a p. 73 vsque ad p. 82 dixi. De hoc et parum recta Apollonii Sophistae obseruatione, qui ἅπαξ εἰρημένον esse dixit, monui p. 38.

V. 342 Διατρύγιος.

Eustathius p. 1964 l. 24 sqq.: Τὸ δὲ διατρύγιος ἅπαξ μὲν καὶ αὐτὸ εἴρηται τῷ Ποιητῇ. Etymolog. Magn. s. h. v. p. 246 edit. *Schaefer.*: διατρύγιος τῶν ἅπαξ εἰρημένων καὶ διαφόρως λαμβάνεται. De significatione videas ll. ll. Apollon. Sophist. aliosque. Neque vero simile verbum huius stirpis apud Homerum legi.

V. 386 et 396 Ἐπιχειρέω.

Eustathius p. 1964 l. 60: καὶ ἔστιν ἐνταῦθα ἐπιχειρεῖν τὸ χεῖρας ἐπιβάλλειν. Apud alios cum datiuo casu coniunctum significat adoriri.

Apud Homerum, si recte memini, non legitur verbum simile vel cognatum et ex eodem fonte deriuatum.

V. 394 Ἀπεκλανθάνω (— λήθω).

Grammatici nonnulli et antiquiores et recentiores, ad hanc formam ἀπεκλελάθεσθε et similes, nouum verbum finxerunt λελάθω. Regnat autem in his formis reduplicatio ionica. Ita ἐκλέλαθον Il. *B.* 600, λελάθοντο Il. *Δ.* 127, λελαθέσθω Il. *Π.* 200, λελάθοιτο Hesiod. *Θ.* 471, ἐκλελάθοιτο Od. *Γ.* 224, ἐκλελάθοιντο ib. *X.* 444, ἐκλελαθέσθαι Il. *Z.* 285, ἐκλελαθών Theocr. *Eid.* I. 63, ἐκλελαθοῦσα Hymn. Hom. in Ven. 40. Monuit ea de re Eustathius p. 73 l. 5 sqq., ibi commemorat λελαβών, λελαχών, τετύκοντο, ἐκλελάθοιντο, p. 1654 l. 30 sq., δεδέξεται, λελάβησι, κεκάμωσι, p. 1722 l. 60, λελαβέσθαι, κεκάμω, πεπιθέσθαι, διδάσκω. Aristonicus apud eundem p. 1596 l. 8 sqq., cfr. *Sylburg.* ad *Clenard.* p. 508.

Caeterum haec verba cum ἀπὸ composita adde Lexicis: ἀπάλειψις, ad formam vocis ἐξάλειψις, ex Eustath., p. 1960 l. 14, ἀπάντλησις, e Galen. Gloss. Hipp. ed. *Franz.* p. 458, ἀπελατήριος (seq. genit.) e Tzetz. Exeg. Il. p. 75, ἀπόκλασις, e Drac. Straton. p. 9, et Etymol. Magn. p. 8, ἀπόνευσις (τοῦ ζωδιακοῦ) e Tzetz. Epexeg. Il. p. 129, ἀπόῤῥιπτος e Tzetz. Exeg. Il. p. 20, ἀποῤῥυΐσκω ex Eustath. p. 1625 l. 65, ἀποτόρνευσις e Tzetz. Exeg. Il. p. 20, ἀποφαλακρόω, — όομαι e Phrynich. Prop. in Anecdot. gr. *Bekkeri* V. I. p. 16.

V. 402 Οὐλῶ.

Vide de hoc verbo et οὐλέω *Valckenaer.* ad Ammon. p. 107, *Gesner.* ad Orph. Argon. 955, Gregor. Corinth. p. 491 ed. *Schaefer.* ibidemque *Koënii* notam, Eustath. p. 1965 l. 30 sqq., qui addit: ἅπαξ δὲ εἴρηται καὶ τὸ οὖλε.

V. 416 Μυχμός.

Ἐπιμύζω Il. Δ. 20, Θ. 457; ibi vero de indignabundis, non de lugentibus.

V. 432 Κατηφής.

Κατηφέω Il. X. 293, Od. Π. 342, κατηφείη Il. Γ. 51, Π. 498, Ρ. 556, κατηφών Il. Ω. 253.

Verba cum κατα composita Lexicis adscribas haecce: καθέκαστος e Tzetz. Exeges. Iliad. p. 18, κατάλεπτον ita sine dubio scribendum est ap. Tzetz. Epexeges. Il. p. 147, καταναγκαστικός Etym. M. p. 217 ed. *Schaefer.*, καταποτίθημι Schol. Lycophron. ad v. 55, κατευνάστρια Eustath. p. 1943 l. 58, κατογκάομαι Tzetz. Epexeges. Iliad. p. 155.

Aduerbium καταλλήλως, quod legitur in Schol. Apollon. Paris. ad Argon. III. v. 1020 *Stephanus* habet.

V. 437 Περκιάω, — όομαι.

Forma neque Homero neque Hesiodo, quod sciam, cognita.

V. 485 Ἔκλησις.

Eustathius p. 1968 l. 24: ἔκλησις δὲ ἡ ἄγαν λήθη, κατ' ἐπίτασιν προθέσεως, καθὰ καὶ ἐκσίγησις Πυθαγορικῶς ἡ ἄκρα σιγή.

Ἡ ἄγαν λήθη e modo loquendi serioribus Graecis vsitato, ita apud Eustathium p. 1962 l. 44 ἡ ἄγαν συντομία, p. 1965 l. 18 τὸ ἄγαν στύφον, p. 1967 l. 59 ἡ ἄγαν ὁρμή, Tzetz. in Schol. ad Lycophron Tom. II. p. 570 edit. Müller: ἡ πάνυ λεπτότης.

De simili adiectiuorum et aduerbiorum commutatione videas Vechneri Hellenolex. p. 227 et Viger. p. 576 ed. Hermann., sed de hac cfr. Hermann. ibid. p. 780.

V. 528 Ἄνοστος.

Ἀνόστιμος Od. Δ. 182, νόστος substantiuum saepissime, ἄνοστος adiect. Eurip. Iphigen. Taur. v. 751.

Caeterum haec verba cum α composita Lexicis adscribas: ἀγυμναστέω Tzetz. Exeg. Il. p. 124, ἄθλαστος Etym. Magn. s. v. ἀξίανος, ἀκατακράτητος Etym. M. s. v. ἀάσχετον, ἀμετόχως Eustath. p. 1947 l. 32 adiectiv. habent, ἀναπότελεστος Eustath. p. 1947 l. 61, ἀνεξεταστέλεγχος vti Hermannus rectissime scripsit, Tzetz. Exeg. Il. p. 21, denotat eum, qui nondum examinata vituperat, ἀνόργητος Phryn. Pr. in Bekkeri Anecdot. gr. Vol. I. p. 3, si lectio certa, vulgo sine ν; ἀπαραδειγμάτιστος Tzetz. Il. p. 25, aduerb. ἀπαραδειγματίστως ibid. p. 25, et p. 27 idem refingendum, ἀπερίφραστος Eustath. p. 1941 l. 59, ἀπληστίαστος Schol. Pind. Pyth. XII. 15, ἀπροσκόλλητος Eustath. p. 1940 l. 20 sq., ἀπροσφόρως Tzetz. Il. p. 67 adiect. et Stephan. et Schneider. hab., ἄσφαλτος probus, bonus, vitio carens ὁ et ἡ Eustath. p. 1945 l. 60, ἀσυμβίβαστος Tzetz. Exeg. Il. p. 3 et 19 (similis vox κακοσυμβίβαστος ex Eustathio p. 1946 l. 15 ei adiungenda est), ἀσυμμελής detruncatus Tzetz. Exeg. Il. p. 113, ἀτελῶς Tzetz. ib. p. 5.

Vox 'Αναύχεναι apud Simplic. ad Aristot. Categor. fol. 85, b, sine dubio in vocem ἀναύχενας mutanda est. Vocis ἄσχημος patrocinium nuper suscepit *Friedemannus*, vir amicissimus, et defendit in loco Schol. Eurip. Hecub. 372 contra *Fährii* libidinem mutandi; cfr. comment. de med. pent. gr. syll. in *Spitzneri* lib. de vers. gr. her. p. 329, sed non magis quam *H. Stephanus* locum aliquem protulit, cuius exemplo eam, praeter anologiam, defenderet. Inueni hanc vocem in Etym. M. p. 2 (edit. *Sylb.*) l. 24; eandem sequitur rationem, quam nostrum *ungestaltet*, latinum *deformis*, graecum ἄμορφος.

Ad hanc significationem literae α memoriam loci apud Apollonium Sophistam in Lexic. hom. repeto. Legitur is p. 1 sq. ed. *Toll.*: α ψιλῶς καὶ δασέως ἐκφερόμενον; δηλοῖ σχετλιασμόν, στέρησιν, πολύ, ὁμοῦ, φαῦλον, ἴσον, ὅμοιον, σύν. Σχετλιασμὸν, ὅταν ἀποδυςπετοῦντες λέγωμεν ἆ· στέρησιν, ὅταν λέγωμεν ἀσθενές, κ. τ. λ. τὸ δὲ φαῦλον, ἴσον τὸ κακοπρόσωπον, κακοτράχηλον· ὅταν φάσκωμεν, ἀπρόσωπον καὶ ἀτράχηλον. *Hemsterhuisius* ad Aristophanis Plut. p. 338 verba ita transposuit: τὸ δὲ φαῦλον, ὅταν φάσκ. ἀπρ. κ. ἀτράχ., ἴσον τῷ κακοπρός., κακοτρ., quod *Villoisonus* probare videtur. *Tollius* ad h. l. eiiciendam esse putat vocem ἴσον, *Bastius* ad Gregor. Corinth. p. 345 ita corrigit: τὸ δὲ φ., οἷον τὸ κακοπρ., κακοτρ. ὅταν φάσκωμεν ἀπρός. κ. ἀτρ. Fortassis ita lenius emendatur: τὸ δὲ φαῦλον· ἴσον [ἐστὶν] τῷ κ. κ., ὅταν φάσκωμεν ἀπρόςωπον καὶ ἀτράχηλον.

V. 538 Ψολόεις iam supra illustratum hic nobis otium facit.

Iam vero haec de vsu verborum disputata sufficiant. Non solum ingens ἅπαξ εἰρημένων numerus, sed etiam eorum natura et formatio, quum alia ob notionem mente et ratione abstractam, quam denotant, offendant, alia, quae ob compositionem seriori aeuo orta

esse debent, quam προπότυπα simplicia, suspicionem satis grauem iniiciant, originem huius partis non homerico aeuo, sed seriori adscribendam esse docent.

---

§. IV.

Peruenimus igitur ad quaestionem de *significatione* verborum in hac extrema Odysseae parte diuersa, et ab ea, quae in reliquis carminum homericorum partibus deprehenditur, recedente. Non solum formatione et natura, atque flexione et vsu orationem in hac parte diuersam esse animaduertisse puto, sed etiam significatione verborum, et eadem verba aliam habere in hac, aliam in aliis carminum homericorum partibus. Omnis quidem Odyssea, vti supra de vsu verborum quorundam dixi, ita etiam ratione significationis ab Iliade dissentit; in Odyssea vero, pariter atque in Iliade quaedam partes iterum ab aliis differunt, et inprimis haec nostra a reliquis hoc respectu recedit. De singulis, ne alia omnia prius agere videar, quam causam propositam, nihil adiiciam; permulta etiam, quae huc spectant, iam nota sunt, ita, vt temere hoc asseruisse nullo modo possim videri.

Barnesium et *Stephanum* *Ω.* 7 ἀποπέσῃσιν „decusserit", „cadere fecerit" vertentes, „ἀποπεσεῖν ποιῇ", *Duportus* in Praelectionibus ad Theophr. Charact. c. 6 et *Clarkius* ad h. l. Hom. notarunt.

Ψ. v. 326 *Ἀδινός.*

In reliquis locis homericis, vbi haec vox legitur, longe aliam habet significationem, quam hoc loco. Explicatur enim ita, vt denotet aut idem quod πυκνός, ἰσχυός, ἀδιάλειπτος, ἀθρόος, vid. Eustath. p. 178 l. 22, 26, 28, p. 257 l. 4 sq., p. 1071 l. 48 sq., p. 1395 l 32, p. 1663 l. 37, p. 1814 l. 38, p. 1949 l. 28 sq., δαψιλής, p. 1395 l. 32, Schol. br. et *Villoison. Β.* 469, *Π.* 481 et saep., Anonym. περὶ Ὁ. π. c. 10, Hesych., Etymol. M.,

al.; aut quod λεπτός, οὐ μέγας, v. c. Eustath. p. 257 l. 5, Etym. M., aut quod ἠρέμα v. c. Eustath. p. 170 l. 28, p. 1949 l. 29, aut quod οἰκτρόν Eustath. p. 178 l. 26, p. 1874 l. 38, p. 1949 l. 28, Hoc autem loco explicant ἡδύ, γλυκύ, ἡδύφωνος, ᾠδικός Eustath. p. 178 l. 27 sq., p. 1949 l. 27 sq. Rectissime monuit *Clarkius*: „atqui eo sensu nusquam (vt opinor) apud Poetam reperietur haec vox.“

V. 234 Βλωθρός.

Eustath. p. 1960 l. 34 sq. ad h. l.: βλωθρὴ δὲ ἐνταῦθα μὲν ὄγχνη, ἐν Ἰλιάδι δὲ πίτυς καὶ ἐῤῥέθη ἱκανῶς ἐκεῖ περὶ τῆς τοιαύτης λέξεως.

Cfr. p. 939 l. 3, p. 986 l. 19, p. 1532 l. 44, p. 1854 l. 23, Schol. *Villoison* ad Il. *N*. 390, Schol. min., Hesych., Etymol. Magn., Phauorinum, Schol. Apollon. Rhod. Argon. I. 322 *Stephan*. et Paris., Apollon. Sophist. in Lex. Homer., Schol. ad Nic. Theriac. v. 693; *Heynius* ad Il. *N*. 390, Tom. VI. p. 444 plures locos ex aliis poetis attulit, vbi vsus huius vocis deprehenditur, q. cfr.

V. 348 Ἀποψύχω.

Il. *A*. 620, *Φ*. 561, *X*. 2 hoc verbum eo significatu legitur, vt sit refrigero aestum et sudorem. Il. *X*. 2 Aristarchus scripserat ἀνεψύχοντο, vide Schol. *Villoison*. et *Heynii* obseruationes ad hunc locum Tom. VIII. p. 236; retinenda est lectio ἀπεψύχοντο. Hic autem denotat h. v., quemadmodum Eustathius rectissime vidit, p. 1964 l. 29 sqq., τὸ ἀπὸ ψυχῆς γίνεσθαι ἢ καὶ ἄλλως εἰπεῖν ἀποπνέειν, οὐ τὸ ἀνάπαλιν ἄμπνυσθαι καὶ ἀναπνέειν, ἤγουν ἐπανέρχεσθαι εἰς πνοήν, deliquium pati, cui opponitur spiritum animamque recipere.

Ἡσίοδος μέντοι, addit Eustath. l. l., ἐπὶ τίνος τὸ ἐναποψύχειν σεμνῶς τίθησι δῆλόν ἐστι, et p. 1253 l. 61 ἐναποψύχειν δέ γε δυσεμφάτως παρ' Ἡσιόδῳ ἔχει. Est ille locus Ἔργ. 757, quid significet ibi, clarius docent Hesychius et Etymologus.

Ἀποψύχειν βίον legitur apud Sophoclem in Aiac. v. 1020, vide ibi *Musgrauium*. Simpliciter positum *ἀποψύχειν* animam edere denotat saepenumero apud seriores v. c. Bion. I. 9, Alciphr. Ep. III. 72, Tom. II. p. 214 ed. *Wagn.*

Lexicis adde *ἀπαλόψυχος* e Suida s. v. *γλυκύθυμος*, et ex Hesychio, Zonara et Phauorino s. ead. v.; *θνητόψυχος*, qui animam mortalem esse putat, e Tzetzae Exeges. Iliad. p. 64 et 66; *θυμοσόφως*, adiectiuum Lexica exhibent, ex eiusdem Epexeg. Il. p. 128; cognatum *ζαφνόσοφος* ex Hesiodo idem p. 51 commemorat.

In reliquis verbis nihil vidi, quod a vulgari et solemni significatione recederet. Differunt quidem alia ab aliis, quae in aliis locis leguntur, contra vero eorundem diuersa significatio aliis locis carmin. Homer. munitur. Sed quum nimium aberraremus, si etiam illorum locorum originem examinare vellemus, necesse est ab iis abstineamus. Alia videntur tantummodo diuersam habere significationem, quanquam reuera non habent.

His de causis non notaui verba *οὖτος ἀνήρ Ω*. 260, vide enim Eustath. p. 1961 l. 6, et p. 1142 l. 11, p. 1409 l. 28, p. 1558 l. 22, p. 1961 l. 7; neque v. *ὄρχατος Ω*. 222 et saepius, neque vocem *ἡμάτιος Ω*. v. 139 vid. Il. I. 72, coll. Od. *B*. 104, *T*. 149 et Eustath. p. 736 l. 43, p. 1110 l. 58, neque verbum *τόλμησεν Ω*. 261, neque *ὀνομαίνω Ω*. 341 coll. Il. I. 421. De significatione vocis *κλίσιον* et de sensu huius deminutiui iam supra dicendum erat. *Ἁλιεύς Ω*. 419 coll. Eustath. obseruat. ad h. l. ea de causa non tetigi, quod Od. *Π*. 349 similem significationem habet.

Ἔμπορος Ω. 300 eiusdemque significatio tantum abest, vt seriorem originem huius partis fateatur, vt eam tempore antiquiorem et priorem Hesiodo esse demonstrare videatur. Quam ob causam ei aliquantulum immoremur necesse est.

Eustathius p. 1961 l. 51 sqq. *ἐνταῦθα*, inquit, *ἔμπορος κεῖται ὁ ἀλλοτρίας νηὸς ἐπιβάτης, φησὶ γάρ: ποῦ δὲ ναῦς ἕστηκε — ἤ σε ἤγαγεν; — ἦ ἔμπορος εἰλήλουθας νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης κ. τ. λ.* Idem p. 1447 l. 41 sqq.: *ὅτι ἔμπορον ὁ Ποιητὴς τὸν ἀλλοτρίας νηὸς ἐπιβαίνοντα λέγει, ὡς αὐτὸς ἑρμηνεύει εἰπών· εἶμι ἔμπορος, οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος οὐδ' ἐρετάων γίνομαι. Τοῦτον δὲ οἱ μεθ' Ὅμηρον ἐπιβάτην φασίν, ὡς ἐμπόρου παρ' αὐτοῖς λεγομένου τοῦ μεταβολέως καὶ ὡς εἰπεῖν πραγματευτοῦ, καὶ μάλιστα τοῦ διὰ θαλάσσης περῶντος παρὰ τὸν πόρον, καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ παρ' Ὁμήρῳ ἔμπορος καὶ ὁ παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον ἐπιβάτης.*

Similia profert Porphyrius quaest. homer. I. Has veterum obseruationes respiciens *Duportus* in Praelectionibus in Theophrasti charact. c. 17, sub fin. notauit haec: „Vox *ἔμπορος* aliter ab Homero, aliter a posteris sumitur. Homerus vocem *ἔμπορος* non pro *mercatore*, vt postea Graeci id nominis vsurpant; sed pro *vectore* simpliciter posuit, quem Graeci vocant *ἐπιβάτην*, qui *pacta mercede, aliena naui vehitur*, aliquo traiiciendus. — Sic *Odyss. β'*, (v. 319) Telemachus se nauigaturum dicens, vt patrem inuestigaret, ait: *Εἶμι μέν, οὐδ' ἁλίη ὁδὸς ἔσσεται κ. τ. λ.*, vbi certe *ἔμπορος* non est *mercator*, sed vector simpliciter. Sic *Odyss. ω'*, *ἦ ἔμπορος κ. τ. λ.* At Hesiodus *ἐμπορίην* pro *mercatura* posuit. Ergo et *ἔμπορος* tunc *mercator*, non *vector*, vt vsurpabatur ea vox Homeri seculo. *Εὖτ' ἂν ἐπ' ἐμπορίην τρέψῃς ἀεσίφρονα θυμόν, Βούληαι δὲ χρέα προφυγεῖν καὶ λιμὸν ἀτερπῆ.* (*Hesiod. Ἔργ. κ. Ἡμ.* 644.). Atque hoc argumento inter alia, mihi plusquam verisimile fit, Homerum Hesiodo multo antiquiorem fuisse.“

At vero propter hanc vnam vocem eiusque significationem refragantem tot argumentis, quae originem huius partis seriori aeuo assignant, disputatio nostra non refutatur. Consentit enim ea significatio vocis *ἔμπορος*, quam hoc loco Ω. 299 habet cum ea, qua B. 319

legitur, illud vero substantiuum ἐμπορίη apud Hesiodum v. com. inest loco, qui arctissime cum alio perquam suspecto cohaeret, a quo, quicquid nuperrime visum fuerit *Twestenio* in commentatione de hoc Hesiodi carmine p. 58, nullo modo seiungi et auelli potest. Quae quum ita sint, illius loci hesiodei auctoritas nequaquam eam vim habet, quam bonus *Duportus* ei tribuit.

CAP. II.

Haec disputauimus de verbis singulis et seorsim positis, atque variis eorum rationibus. Transeamus ad verba coniuncta, et orationis vinculis connexa. Verba autem iuncta duplici ratione opportunitatem considerandi praebent; alterâ dum modum eorum struendorum contemplamur, alterâ dum sententiarum conformationem intuemur. Ille modus struendorum verborum communem magis aequalium morem et vsum respicit, haec autem sententiarum concinnandarum et conformandarum ratio altius ad ipsa penetralia ingenii auctoris nos reuocat. Recte procedere in numerum argumentorum de aetate alicuius scriptoris modum, quo soleat verba struere et coniungere in aprico positum est; et diuersitatem, quae obseruata sit in modo, quo alii aeui illius, quo hic scriptor vixisse et scripsisse putatur, scriptores verba coniungere solent, et quo hic, de quo sermo est, consueuerit, suspicionem mouere de veritate vulgaris sententiae patet. Idem valet de conformatione sententiarum et formularum. Deprehendimus in operibus cuiusuis fere auctoris, praecipue au-

tem in homericis carminibus, certum quendam modum quo sententias eloqui soleat, et fixam statutamque rationem conformandarum formularum. Hoc ingenio eius proprium et peculiare est, et tam arcte cum omni eius ratione sentiendi et cogitandi cohaeret, vt, dum modus struendorum verborum multis communis est, hoc in solum hunc auctorem cadat. Haec quidem ratio in conformandis formulis, quum tanti sit momenti in cognoscendo auctore operis alicuius et eius ingenio prae caeteris imitatione exprimi solet ab iis, qui fraudem facere volentes, spuria nomini alicui supponunt. Hoc etiam factitatum esse antiquis temporibus constat.

Quemadmodum vero recentiores poetae epici Graeci imitabantur maximoque studio sequebantur Homerum; ita olim antiquioribus temporibus Homeridae et rhapsodi aeuo homerico proxime viuentes imitati alias homericorum carminum virtutes, quoad eius ob ingenii vires iis licuit vestigia illa premere, etiam, bene sentientes alioquin aliquid defore, rationem illam et modum solemnem in conformandis quibusdam formulis imitari studebant. Fieri autem non potuit, quin, quae erat ingeniorum diuersitas inscii et inuiti laberentur, et ab illo modo, quem sequi volebant, recederent. Hanc ob causam diuersa ratio conformationis sententiarum et formularum non temere accensenda est argumentis diuersam originem probantibus.

---

§. I.

Primum igitur procedat in numerum argumentorum ratio, quae interdum in modo struendorum et coniungendorum verborum animaduertitur in hac extrema Odysseae parte diuersa ab ea, quam in aliis carminum homer. partibus reperimus.

De versibus Ψ. 300 sqq. et constructione verbi τέρπεσθαι vide *Güntherum* in libello: De vsu praepositionum apud Homerum p. 12 et eius Censorem in Ephemeridum lit. Ienens. a. 1816 Suppl. p. 59. V. 301 revocanda est antiqua lectio

τερπέσθην μύθοισι, πρὸς ἀλλήλους ἐνέποντες·

Wolfius manum primam in codice Harleiano et codicem Vindobonensem L sequutus ἐνέποντε scripsit, et illam multis grauissimisque testibus confirmatam et comprobatam lectionem eiecit. Accedunt etiam argumenta ad haec testimonia, quae efficiunt, vt illius viri auctoritatem grauissimam hic sequi non possim. Audias Censorem editionis Hom. *Wolf.* in Ephemerid. lit. Ienens. a. 1809, n. 243, p. 124, qui mihi otium fecit.

V. 305 Πολλὸς δὲ πίθων ἠφύσσετο οἶνος.

Ἀφύω et ἀφύσσω ita poni solent in carm. hom., vt, quando commemoratur vas *in quod* aliquid effunditur ἐν addatur, v. c. Od. *B*. 349, 379, I. 165, 204, (apud Hesiodum Ἔργ. 611 εἰς); quando vero vas additur, *e quo* aliquid hauritur vel effunditur vel ἐκ v. c. in Iliadis rhapsod. *Γ*. 295, ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι, vel ἀπὸ sequatur v. c. Il. rh. *K*. 579, ἀπὸ κρητῆρος.

Semel tantum hoc loco casus secundus sine praepositione sequitur.

Ψ. 312 Ἠδ' ὅσα Κύκλωψ ἔρξε, καὶ ὡς ἀπετίσατο ποινὴν
ἰφθίμων ἑτάρων, οὓς ἤσθιεν οὐδ' ἐλέαιρεν.

Eustath. p. 1949 l. 41 sq. τὸ δὲ ἀπετίσατο ποινὴν ἑτάρων ἢ ἀντὶ τοῦ· ἀπέτισε ποινὴν ἑτάρων, ἢ ἀντὶ τοῦ· ἀπέτισε ποινὴν ὁ φαγὼν αὐτοὺς Κύκλωψ, τοῦτ' ἔστιν ἀπέδωκεν, ἢ Ὀδυσσεὺς ἐτίσατο ἐκεῖνον ἤγουν, ἐτιμώρησεν, εἰς ποινὴν τὴν ὑπὲρ τῶν φίλων. *Clarkius* addit: „Verior, vt opinor, postrema interpretandi ratio; quia isto sensu semper apud Poetam vsurpatur verbum ἀποτίομαι *media voce*.

Vide supra ad *ε*, 24; *ν*, 386; et *ρ*, 540; item ad *Iliad.* *ο*, 116."

Quae si vera sunt, hic struendi modus Κύκλωψ ἔρξε καὶ — ἀπετίσατο (Ὀδυσσεύς) ποινὴν — ἑτάρων, οὓς ἤσθιεν (ἐκεῖνος) paullo durior est, quam quem exspectemus, quum verbis ita collocatis, quemadmodum leguntur, facilius ad Cyclopem illam vocem ἀπετίσατο referas, quam Vlyssis nomen subaudias.

Ad Ψ. v. 318 sq.:

ἠδ' ὡς τηλέπυλον Λαιστρυγονίην ἀφίκανεν,
οἳ νῆάς τ' ὄλεσαν καὶ ἐϋκνήμιδας ἑταίρους·

Eustathius p. 1. l. 12: ἔνθα ὅρα τό· οἳ νῆας ὤλεσαν, τοῦτ' ἔστιν οἱ Λαιστρυγόνες· ὡς ταυτὸν ὂν Λαιστρυγονίην καὶ Λαιστρυγόνας εἰπεῖν. *Clarkius* in notis ad hunc locum hom. rectissime refutauit *Barnesii* libidinem emendandi. Memineris v. c. versuum Od. *I.* 39 et 40:

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν,
Ἰσμάρῳ· ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς·

cuius generis loci satis multi in carminibus homer. leguntur.

Caeterum scribe τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, non Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην; Laestrygones habitabant vrbem Λαιστρυγονίην dictam, non spatiosam et amplam regionem, cfr. *K.* 104, 108, 118. Τηλέπυλος dicitur illa vrbs, quemadmodum Θήβη et Τροίη ὑψίπυλοι dicuntur, Il. *Z.* 416, *Π.* 698, *Φ.* 544. Contra rectissime hic scriptum est a *Wolfio*, ἐϋκνήμιδας et v. 324 νηΐ πολυκληΐδι.

Nam βαρύτονα quidem in ις terminata in compositis προπαροξύνονται, cfr. Etymolog. Magn. ed. *Sylburg.* p. 518 l. 33 sqq., veluti πόλις ἀκρόπολις, μῆτις ἀγκυλόμητις πολύμητις, et eodem modo ὀξύτονα, quae ι corripiunt, προπαροξύνονται, cfr. Etym. Magn. p. 518 l. 40, ita πατρίς εὔπατρις λειπόπατρις, ἀσπίς ῥίψασπις, sed in compo-

sitis e simplicibus ῑ producentibus res secus se habet. Haec enim composita ex his simplicibus facta ῑ producunt, cfr. Dracon. Straton. p. 41, regul. de prosod. in libro *Hermanni* de emend. rat. gr. gr. n. 118, p. 447 l. 9 et 12 sqq., Eustath. p. 26 l. 29.

De eorum accentu ita statutum est, vt si composita a *foemininis* oxytonis orta sint, et post compositionem factam solum hoc genus τῶν πρωτοτύπων seruent, pariter atque haec oxytona sint. Τὰ εἰς ῑς, hoc veteres Grammatici docent, θηλυκὰ ὀξύτονα, εἰ μὲν ἐν τῇ συνθέσει φυλάσσει τὸ θηλυκὸν μόνον γένος, καὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάσσει, videas Eustath. p. 26 l. 29 sqq., Phauorin. s. v. κνημίς p. 1072 l. 47 sq., Etymol. Magn. p. 518 ed. *Sylburg*. l. 49 sqq.

Exempla commemorant: σκελίς, περισκελίς Eustath. l. l. l. 31, Phauorin. l. l. l. 49, Etymol. Magn. l. 54, καταιγίς Eustath. ib. l. 33, Phauorin. ib. l. 51 sq., Etymol. Magn. ib. l. 55: νυχίς, παννυχίς· οἰκίς, περιοικίς, Etymol. Magn. ib. l. 37.

Sin haec foeminina oxytona post compositionem factam generis communis fiunt, barytona sunt; et si simplicia producunt ῑ etiam in compositis producitur, ideoque composita παροξύνονται.

Τὰ εἰς ῑς θηλυκὰ ὀξύτονα εἰ — (ἐν τῇ συνθέσει) μεταληπτικὰ γίνονται καὶ ἀρσενικοῦ γένους, μεθίστανται εἰς βαρεῖαν τάσιν.

Cfr. Eustath. p. 26 l. 31 sqq., p. 174 l. 6 sqq., Phavorin. p. 1072 l. 49 sq., Etymol. Magn. p. 518 ed. *Sylb.* l. 51 sq., Schol. *Villoison.* ad Il. *B*. v. 175. De posteriori regulae latinis verbis expressae parte vide Etym. M. l. l. l. 38 sqq. et locos, quos mox ad εὐκνήμις afferam.

In Eustathio sic legitur; in Etymolog. Magno et Scholiis *Villoisonianis* scriptum est: μεθίσταται καί: in Etymol. Magn. l. 51 pro: εἰ δὲ μεταληπτικὸν γένοιτο καὶ

ἀρσενικόν, scribe ἀρσενικοῦ, γένος enim statim praecesserat. In Phauorino corrige verba: εἰ δὲ μεταληπτὰ γίνονται, καὶ ἀρσενικοῦ γένους, et scribe: εἰ δὲ μεταληπτικὰ γίνονται, καὶ ἀρσενικοῦ γένους κ. τ. λ. In Scholiis *Villoisonianis* ad Il. l. l., vbi scriptum est: εἰ δὲ μεταληπτικὸν γίνοιτο, καὶ ἀρσενικοῦ μεθίσταται, καὶ εἰς βαρεῖαν τάσιν ἀναγκαίως, κ. τ. λ. scribe: εἰ δὲ μεταληπτικὸν γένοιτο καὶ ἀρσενικοῦ, μεθίσταταί καὶ εἰς βαρεῖαν τάσιν ἀ. κ. τ. λ.

Caeterum in Etymol. Magn. legitur: φυλάσσει et γένοιτο, in Schol. *Villoison.* φυλάσσοι et γίνοιτο.

Exempla attulerunt haec: ἐλπίς, δύςελπις, ὁ, ἡ, Eustath. p. 26 l. 32, Phauorin. l. l. l. 50, τοῦτο γὰρ κοινόν ἐστι τῷ γένει, Etymol. Magn. l. l. l. 54.

Μελάναιγις, ὁ, ἡ, Eust. ib. l. 53, Etym. M. ib. l. 55, ita etiam in Phauorini Lexico l. l. l. 52 scribendum est.

Μελαγκρήπις, ὁ, ἡ, Eustath. p. 174 l. 9, p. 1437 l. 53, hoc vocabulum Lexica non exhibent, refinge in Schol. *Villoison.* B et L ad Il. *B.* v. 175.

Πολυψήφις, ὁ, ἡ, ita corrige in Phauorini Lexico p. 1072 l. 54 et πολυψήφιδα, cfr. Eustath. p. 26 l. 34, p. 174 l. 9, p. 1437 l. 53. Μελαμψήφις, ὁ, ἡ, ita scribe in Dracon. p. 41 l. 19 et in regula de prosod. n. 118, in *Hermanni* libr. de emend. rat. gr. gr. p. 447 l. 14. Herodian. in Schol. *Villois.* p. 525.

Εὐκνήμις Eustath. p. 26 l. 29, 34, 35, p. 1437 l. 53, Phauorin. p. 1072 l. 53 et 56. Ita scribendum est, βαρυτόνως, non vti saepenumero fit, προπαροξυτόνως, nam in fine κνημίς producitur; vide de hoc verbo eiusque accentu Eustath. p. 26 l. 35 et Herodianum ibid. l. 39, Dracon. Stratonic. p. 41 l. 13 sq., 18 sqq. p. 62 l. 21, regul. de prosod. n. 118, in libr. I. p. 447 l. 14.

Χρυσαιγις apud Dionys. Halicarn. de compos. c. XXV p. 400 ed. *Schaefer.* e Bacchylidis fragmine, coll. *Hermann.* Element. doctrinae metr. p. 201, *Göller.* in edit. Dionys. p. 219, consensu codicum ad formam vo-

cis κάταιγίς referendum esse videtur, alioquin ad rationem vocis μελάναιγις reuocarem.

De εὐκλῃίς et πολυκλῃίς quidem Grammatici praecipiunt, vt —κλῄϊς scribantur, Eust. p. 26 l. 34, p. 1352 l. 45, Etymol. Magn. p. 518 l. 32, 56, ed. *Sylburg.*, Phauorin. p. 1072 l. 53. Schol. *Villoison.* p. 525: Ἀρίσταρχος εὐκλῄϊς, ὡς εὐκνήμις, σύνθετον ποιῶν τὴν λέξιν, οὕτως καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης. — Εἰ δὲ σύνθετόν ἐστι τὸ εὐκλῃϊς καὶ παροξύνειν δεῖ αὐτό· μακρὸν γὰρ τὸ ῑ καὶ ἐν τῇ συνθέσει, ὡς ἐν τῷ κ' τῆς Καθόλου φησὶν ὁ αὐτός (Ἡρωδιανός)· ἀπὸ γὰρ τοῦ χρόνου τὸν τόνον ἐστήσαμεν· καὶ ἐν τῷ τρίτῳ δὲ τῶν Ὀνοματικῶν περὶ τῆς ἐκτάσεως αὐτῶν ταῦτά φησι· ἄλλως τε εἰ ἐπιζητοῦσιν ἐκτεταμένον τὸ ῑ, ἔχουσιν ἐν τῷ εὐκνήμις, μελαμψήφις, καὶ εἰ τοῦτο, φησί, δῆλον ὅτι παροξύνεται.

Praecipue respiciendi sunt loci Etymologici Magni p. 518 l. 31 sqq. et Scholiorum *Villoisonianorum* p. 55 ad Il. *B.* v. 175. In Etymol. l. l. haec leguntur: τὸ κλῃΐς μετὰ τοῦ πολύς, γίνεται πολυκλήϊς, καὶ ἀναβιβάζει τὸν τόνον. Τὰ γὰρ εἰς ις θηλυκά, καὶ εἰ μὲν βαρύνεται, ἐν τῇ συνθέσει προπαροξύνεται, οἷον πόλις, ἀκρόπολις· μῆτις, πολύμητις καὶ ἀγκυλόμητις. εἰ δὲ ὀξύνεται, εἰ μὲν τοῦ αὐτοῦ γένους ὦσι τὸν αὐτὸν φυλάττει τόνον· οἷον αἰγίς, καταιγίς· νυχίς, παννυχίς· οἰκίς, περιοικίς. εἰ δὲ ἀρσενικοῦ γένους ὦσιν, εἰ μὲν ἐκτείνουσι τὸ δίχρονον (ῑ), ἐν τῇ συνθέσει (vide supra p. 170 l. 12 sqq.) παροξύνονται· οἷον ἀκτίς, χρυσάκτις ἥλιος· κνημίς, εὐκνήμις· κλῃΐς, πολυκλῄϊς· εἰ δὲ βραχὺ αὐτὸ ἔχει, προπαροξύνεται ἐν τῇ συνθέσει· οἷον πατρίς, εὔπατρις καὶ λειπόπατρις· ἀσπίς, ῥίψασπις· κ. τ. λ. cfr. cum supra disputatis.

Inde a l. 45 Scholia *Villoisoniana* pene eadem exhibent, legimus enim ibi: πολυκλήϊσι, τινὲς προπερισπῶσιν ὡς καὶ τὸ ἁπλοῦν· ἐπὶ κληῖσι κάθιζον· ὡς γὰρ πλοκαμίς, εὐπλοκαμῖδες Ἀχαιαί, οὕτως καὶ κληῖς

καὶ πολυκλητῖς (verba notata Etymol. Magn. non habet,). Οὐκ ἔχει δὲ οὕτως ἡ ἀνάγνωσις· ἔστιν οὖν λόγος (Etymol. M. praefigit ὁ,) ὑπὲρ τῆς βαρυνομένης λέξεως οὗτος· (Etym. M. τοῦ βαρυτόνου λέγων οὕτως·) εἰ μὲν ἐν τῇ συνθέσει φυλάσσοι (Etym. M. φυλάσσει) μόνον τὸ θηλυκὸν γένος, καὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάσσει· εἰ δὲ μεταληπτικὸν γίνοιτο καὶ ἀρσενικοῦ, (v. p. 192 l. 7 sq.) μεθίσταται καὶ εἰς βαρεῖαν τάσιν ἀναγκαίως· τοῦ μὲν προτέρου φυλάσσοντος τὸ αὐτὸ γένος καὶ τὸν αὐτὸν τόνον, περισκελὶς, (Etym. M. καὶ εἰς βαρύτονον τάσιν· κανόνος παραδείγματα· τοῦ μὲν προτέρου, περισκελίς·) τοῦ δὲ δευτέρου δύςελπις. Ταύτῃ οὖν τὸ μὲν καταιγὶς ὀξύνεται· τὸ δὲ μελάναιγις βαρύνεται. Οὕτως οὖν καὶ τὸ εὐκλήϊς καὶ πολυκλήϊς βαρυνθήσεται (Etym. M. βαρύνεται)· τίθεται γὰρ καὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ λεύκασπις (καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ subaudienda sunt,)· καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀμαζόνος ταγείη ἄν· καὶ τὸ εὐκνήμις ἀμέλει ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς τέτακται παρὰ Ῥιανῷ ἐν Θεσσαλικοῖς· τοὶ δ' ἤδη ἐπὶ νηων (scrib. νηὸν) ἐϋκνήμιδος Ἰτώνης.

In Etymologico Magno, quod νηὸν exhibet, vti rectissime iam correxerat *Friedemannus* meus in comment. de med. pent. gr. syll. in *Spitzneri* libr. de versu Gr. her. p. 571, verba ita mutanda esse puto, vt pro: καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀμαζόνος ταγείη ἂν τὸ εὐκλήϊς· καὶ τὸ εὐκνήμις, ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς· — ἐπὶ νηὸν ἐϋκνήμιδος Ἰτώνης, eiectis verbis „τὸ εὐκλήϊς“ legantur: καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀμαζόνος ταγείη ἄν· (λεύκασπις, de quo modo sermo erat,) καὶ τὸ εὐκνήμις ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς (ταγείη ἄν, ὡς subintelligas)· — ἐπὶ νηὸν εὐκνήμιδος Ἰτώνης.

Haec bene quidem cadunt in verba generis communis, qualia sunt, quae commemorauimus, non vero, vt opinor, in verba εὐκλήϊς, πολυκλήϊς, εὐπλόκαμις. Nam quum haec e verbis simplicibus orta sint, quae foeminini generis sint, et accentum habeant in vltima, idem autem genus, foemininum dico, post compositionem factam seruent, neque generis communis sint, siue

cum masculinis et foemininis promiscue struantur, oxytona sint necesse est, τὰ γὰρ εἰς ις θηλυκὰ ὀξύτονα, εἰ μὲν ἐν τῇ συνθέσει φυλάσσει τὸ θηλυκὸν μόνον γένος, καὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάσσει, vide locos supra laudatos.

Quamobrem Od. *B.* 119, *T.* 542 rectissime scripsit *Wolfius*, quicquid obloquatur censor edit. *Wolf.* in Ephem. lit. Ienens. a. 1809, n. 246, p. 152, ἐϋπλοκαμῖδες Ἀχαιαί, ad quem scribendi modum prouocabant veteres, qui in Schol. *Villois.* l. l. commemorantur. Eustathius p. 1437 l. 51 sqq.: — ἐϋπλοκαμῖδες Ἀχαιαί, ὃ μετρεῖται κατὰ δάκτυλον. σκοπητέον δὲ μή ποτε φαῦλα τῶν ἀντιγράφων, ἐν οἷς ὀξύνεται ἡ εὐπλοκαμίς· δέον γὰρ ὥσπερ κρηπὶς μελαγκρήπις· ψηφὶς πολύψηφις, ὡς τὸ· πολυψήφιδα παρ᾽ ὅρμον· κνημὶς εὔκνημις, οὕτω καὶ πλοκαμὶς εὐπλοκάμις, καὶ τὸ πληθυντικὸν εὐπλοκάμιδες dicens, ab omnibus regulis, quae huc faciunt et quarum maximam partem ipse aliis locis commemorat, recedit. Ipse vero p. 1528 l. 20 scripsit ἐϋπλοκαμῖδες Ἀχαιαί.

Εὐκλῆϊς et πολυκλῆϊς eandem regulam sequuntur, quam εὐπλόκαμίς, vereor enim, vt locus reperiatur, in quo verbum εὐκλῆϊς vel πολυκλῆϊς masculino alicui iunctum sit. Sin foemininum genus solum seruat oxytonum est vtrumque, quemadmodum vtriusque πρωτότυπον. Quod quum ῑ producatur in obliquis casibus περισπᾶται, vti supra docuimus p. 191.

Wolfius Il. *Ω.* 318, ἐϋκλῆϊς, πολυκλήϊδι, quemadmodum nostro loco, Od. *Ψ.* 324, et *T.* 382, siquidem haec verba, quod sciam, non duplicis generis sunt, rectissime scripsit; atque vbi de genere certissime constiterit et nullo modo amplius de eo dubitare licuerit, non modo haec ratio in his locis comprobanda erit, verum etiam Il. *H.* 88 et *Θ.* 239 πολυκλήϊδι, atque *B.* 74, 175, et

ψ. 248 πολυκλήϊσι scribendum erit, modo et codicibus testibusque multis, et regulis consentaneo.

Eandem rationem sequuntur in alio verbo Etymologici Magni auctor et Draco Stratonic. Ille p. 518 l. 20 sqq. hic p. 56 l. 17 sq. haec fere dicunt: — ἀπὸ τοῦ δὶς, μετὰ τοῦ κληῒς, γίνεται, δικληῒς· καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η καὶ συστολῇ τοῦ ῑ δικλίς.

Sed redeamus ad quaestionem propositam de diverso struendorum verborum modo in hac Odysseae parte conspicuo.

Ω. v. 216 sqq. — — — πειρήσομαι — —
αἴ κέ μ' ἐπιγνοίη καὶ φράσσεται ὀφθαλμοῖσιν,
ἠέ κεν ἀγνοιῇσι κ. τ. λ.

Eustathius p. 1959 l. 38 haec annotavit: Τὸ δὲ ἀγνοίησι λέξις μὲν μετρικοῖς ἴσως ἀγαπητὴ, πάντῃ δὲ ἀσυνήθης καὶ μάλιστα διὰ τὸν τόνον. εἴτε γὰρ ἐκ τοῦ ἀγνοῶ, εἴτε ἐκ τοῦ ἀγνοῶ, εἴτε ἐκ τοῦ ἀγνοϊῶ, οὐκ εὔλογος ἡ παροξυτόνησις. Μάλιστα οὖν δοκεῖ ἐκ τοῦ ἀγνοίημι εἶναι τὸ τρίτον ἀγνοίησιν ὡς τίθησι. τὸ δὲ ἀγνοίημι ἐκ τοῦ ἀγνοιῶ, ὡς αἰνῶ αἴνημι, οἷον·

— οὔ μιν ἔγωγε
Αἴνημι — (Hesiod. Ἔργ. v. 680 sq.)

καὶ διζῶ δίζημι, ὅθεν καὶ διζήμενος.

Corruptum esse hunc locum peruersa verborum struendorum et coniungendorum ratio docet; verissima ratio emendandi videtur ea, quam iniit censor editionis *Wolfianae* in Ephemeridibus literariis Ienensibus a. 1809, n. 246, p. 151, qui ita scripsit hunc locum:

πειρήσομαι —
αἴ κέ μ' ἐπιγνώῃ καὶ φράσσεται ὀφθαλμοῖσιν,
ἠέ κεν ἀγνοιῇσι κ. τ. λ.

Nam ita demum, si struendi modum respicis, aliquid bonae frugis prouenit, nisi mutare velimus, certe primam verbi alicuius literam. Sed linquamus hunc locum, qui hic nullum habere potest momentum.

V. 235. Μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
κύσσαι καὶ περιφῦναι ἑὸν πατέρ', ἠδὲ ἕκαστα
εἰπεῖν, ὡς ἔλθοι καὶ ἵκοιτ' ἐς πατρίδα γαῖαν·
ἦ πρῶτ' ἐξερέοιτο, ἕκαστά τε πειρήσαιτο.

Verbum μερμηρίζω in carminibus homericis aut nude ponitur v. c. Il. *M*. 199, aut cum accusatiuo iungitur v. c. φόνον, Od. *T*. 2, 52, πολλά, *A*. 427 et saep., aut intercedente περί ad proximum genitiuum reuocatur, aut additur ὅπως, Il. *Ξ*. 159, Od. *I*. 554, *O*. 169, *Υ*. 28, 38, vel ὡς, Il. *B*. 3, aut copulatur infinitiuo, Il. *Θ*. 167, Od. *K*. 50, 151, 438, *A*. 204, *O*. 169, *Π*. 261, aut struitur cum sequente ἤ— ἤ—. Haec vltima struendi ratio saepissime est obuia. Hic vltima et penultima coniunctae sunt.

Μέρμηρα interdum significat τὴν εἰς ὕπνον καταφοράν. *Schneiderus* hanc a *Stephano* in Thes. Gr. notatam significationem omisit. Addo ll. ibi ll. Phrynich. in Anecdot. gr. *Bekkeri* Vol. I. p. 28.

V. 254 et sq. notati sunt ab interpretibus, equidem nihil video notatu dignum. Ita se habent:

τοιούτῳ δὲ ἔοικας, ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε,
εὑδέμεναι μαλακῶς· ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.

Eustathius p. 1960 l. 57 sqq.: διττὴν ἔχει ἔννοιαν· ἢ γὰρ ὅτι τοιοῦτος εἶ οἷος λούσασθαι, καὶ μετὰ τὸ ἐμφαγεῖν κοιμᾶσθαι, οὐ μὴν καὶ ἔργοις ἐπιπρέπεις ἀνδρικοῖς· ἢ ὅτι τοιούτῳ, ἤγουν βασιλεῖ, ἔοικας, οὐ νῦν οὕτως ὡς ἔχεις, ἀλλ' ὅτι ὁ τοι-

οὗτος λούσαιτο καὶ φάγοι, ὥστε καὶ ἀναπίεσεῖν εἰς ὕπνον. *Clarkius* addit: „Verior, vt opinor, prior explicatio; quam et amplectitur Dna. *Dacier*. Constructio tamen hic subdifficilis videtur, *Homericamque* perspicuitatem minus sapere: nisi forte legendum sit, τοιούτῳ δὲ ἔοικεν, ἐπεὶ λούσαιτο· *etc.* Qua ratione perspicua admodum et luculenta erit sententia."

Sed Od. *H.* 309 sq.:

ξεῖν', οὔ μοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ
μαψιδίως κεχολῶσθαι·

eadem struendi ratio reperitur; soluenda intelligendo verbo οἷος, quod in v. τοιοῦτος latet, vti *Hermannus*, cuius beneuolentiam satis laudare non possum, me docuit.

Struendi modus v. 376 sqq. et 381 exemplis homericis comprobatur, et de priori loco Eustathius disseruit p. 1964 l. 52 sqq.

V. 482 sqq.: Ἐπειδὴ μνηστῆρας ἐτίσατο δῖος Ὀδυσσεύς,
ὅρκια πιστὰ ταμόντες, ὁ μὲν βασιλευέτω αἰεί,
ἡμεῖς δ' αὖ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο
ἔκλησιν θέωμεν· τοὶ δ' ἀλλήλους φιλεόντων.

Eustathius p. 1968 l. 11 sqq. haec annotauit: Καινὸν δέ τι σχῆμα τό· ὅρκια πιστὰ ταμόντες, ὁ μὲν βασιλευέτω αἰεὶ, ἡμεῖς δὲ ποιήσομεν τόδε καὶ ἑξῆς, καὶ ἔστι πως ὅμοιον καὶ αὐτὸ τῷ· Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν τοιόςδε, ὁ δὲ τοιόςδε. Καὶ ἔστι μὲν τοιαῦτα πολλὰ παρὰ τῷ Ποιητῇ· τοῦτο δὲ τῶν ἄλλων εἶναι δοκεῖ καινότερον. Τὸ μὲν γάρ· ὅρκια πιστὰ ταμόντες, περὶ Ὀδυσσέως εἴρηται καὶ περὶ Ἰθακησίων, ἡ δὲ ἀπόδοσις αὐτοῦ ἄλλως ἔχει· Ὀδυσσέως γὰρ αὐτὴ μέμνηται καὶ θεῶν οὐ μὴν Ἰθακησίων, ἔφη γὰρ ὅρκια πιστὰ ταμόντες ἐκεῖνοι, ὁ μὲν βασιλευέτω, ἡμεῖς δὲ θήσομεν φόνου ἔκλησιν.

Καινοτάτη γοῦν ἡ ἀπόδοσις τοῦ ὁ μὲν καὶ τοῦ ἡμεῖς, ὤφειλε γὰρ εἰπεῖν οὕτω πως· ὅρκια πιστὰ ταμόντες ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς βασιλευέτω, οἱ δὲ Ἰθακήσιοι βασιλευέσθωσαν εὐπειθῶς. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι κἀνταῦθα οὕτω γίνεται, πλὴν οὐ κατ᾽ ὀρθὴν φράσιν, ἀλλ᾽ ἐν ὑπερβατῷ σχήματι, φησὶ γὰρ οὕτως· ὁ μὲν βασιλευέτω αἰεὶ, οἱ δ᾽ ἀλλήλους φιλεόντων, μέσον δέ γε τῶν δύο τούτων ἐννοιῶν *) *κεῖται περιττῶς κατὰ σχῆμα περιβλητικὸν τό ἡμεῖς δὲ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο ἔκλησιν θήσομεν.*

---

*) Cfr. *Schaefer.* ad Schol. Apollon. Rhod. p. 506 et 628, *Matthiae* Gr. gr. §. 436 et quos commemorat, atque *Hermann.* ad Orph. hymn. 78, 4 p. 346 et in adnotationn. ad Viger. p. 716 edit. sec.

Caeterum vocem *περιβλητικὸς* quam *Stephanus* in *Thesauro Gr.* exhibet, *Schneiderus* aliique omiserunt; Lexicis adscribas post *Schaeferi*, *Passowii*, *Spitzneri* et *Friedemanni* curas et obseruationes: *περιβλητικῶς* ex Eustath. p. 1949 l. 17, *περίκλησις* e Tzetz. Epexeg. Iliad. p. 140 et 141, si lectio certa, alioquin enim *παράκλησις* foret legendum, quamobrem certo constitui nequit, vtrum p. 46 *παρακλήσεσι* an *περικλήσεσι* corruptae vocis *περακλήσεσι* loco restituendum sit. Deinde *περίθραυσις* ex Etymolog. Magn. s. v. *ἀγμούς*, *περιουσιακῶς* e Tzetz. Ex. Il. p. 49, *περιπετάδην* ex eod. l. l. p. 4, *περιτήρησις* ex eiusd. Epex. p. 151, inferas. Ibidem p. 143 *περιεφλέγησαν* fortasse mutandum est in *περιεφλόγισαν*; simile verbum *συμφλογίζω* inueni in versione τῶν ό Vet. Test. II. Maccab. c. 6 v. 11. Substantiuum *περιφλογισμὸς* *Bielius* e versionibus graecis Symmachi et Theodot. Deuteron. c. XXVIII v. 22 enotauit. Vtrumque Lexica gr. ignorant.

Locus Tzetzae p. 140 ita se habet: *λογιστής δέ τις . πὶ κα-* (ἐπ) *τὰ σκοπῶν* (fort. *ἐπὶ κατασκοπὴν*) *τῶν βασιλικῶν ἀγελῶν . . ἐλθὼν ὡραίαν εἰσάγειν ἰδὼν τὴν Σεμίραμιν, περικλήσει μεγάλην . .* (νο) (fort. *μεγάλῃ ἢ*) *βίᾳ περὶ τοῦ Σίμμα ταύτην λαβών, . . μίμην* (καὶ) (ἀ) *ἐκέκτητο γαμέτιν ὡραία . . . γχινουστάτη τε καὶ εὐμήχανος*

Clarkius ad Il. Γ. 211 et Od. Μ. 73 sqq. ablegat, velim Il. Γ. v. 73 et 256 sq. commemorasset. Poeta ex alia struendorum verborum ratione abiit in aliam, similia exempla (homerica) sequutus.

Locos Ω. 559 et 543 egregium *Hermanni* ingenium in dissertat. prim. de legibus quibusdam subtilioribus sermonis homerici p. XII et p. XXI, et in append. ad Viger. p. 905 et 910, et notauit et explicuit.

Sed de diuerso struendi modo hactenus.

(αὐ) (κε)
οὖσα, . . τόλερημά τις ἦν τοῦ θαυμαστοῦ . . ρασφόρου ἐκείνου
(τῇ) (Νί)
ψυχή· οὗ τὸ ὄνομα; . . ν ἐμὴν ἀποδέδρακε· μνήμην· . . νου δὲ
(πολ)
τοῦ βασιλέως τῷ τότε . . . ιορκοῦντος πόλιν ἀπόκρημνόν τε
(κα) (καὶ)
. . . ι ὀχυρὰν καὶ λίαν δυσπόρθητον, . . . μηδὲν διανύοντος, παρὼν ὁ κερασφόρος etc.

Ex hoc loco inferas in Lexica *δυσπόρθητος*, huic adiunge post *Schaeferi*, *Passouii* et *Spitzneri* sedulas notationes haec vocabula cum δυς composita: *δυςάεθλος* ex Eustathio p. 740 l. 54, *δυςβασάκτως* ex Etymol. M. p. 3 ed. *Schaefer.*, *δυςβούλευτος* ex eiusdem eâdem pag., *δυςμετάληπτος* ex Eustath. p. 1937 l. 2.

Stephanus commemorat *δυςβατήρης* vid. Etym. M. 264 ed. *Schaefer.*, *δύςγνωστος* et *δύςηχος*. Prius *Schneiderus* habet, sed praeferre videtur in loco Polyb. III. 32, e quo commemorat, *δυςδιάγνωστος*. Certum est in Platon. Alcib. II. 4. Posterius *δύςηχος* non tetigit *Schneiderus*, v. Etymolog. Magn. 264 ed. *Schaefer.* *Δύςφροντις* quod eidem dubium videtur, legitur in Eustathii Comment. p. 1546 l. 41.

In loco Tzetzae verba, quae illis antecedunt, quae apposui, ita comparata: *Σίμμας δὲ ἀγελαρ . . ς (ἀγελάρχης) ὢν Νίνου τοῦ βασιλέως, ἀνετει' . . το καὶ ἀνέτρεφε*, fortassis hoc modo legi possent *ἀνετήρει αὐτὸ (τὸ βρέφος) καὶ ἀνέτρεφε*, si *ἀνατηρέω* a Lexicographis enotatum esset.

---

§. 11.

Facilis hinc transitus patet ad notandam discrepantiam in *conformandis formulis*, de qua iam supra p. 188 disserui. Quapropter hic nihil addendum esse opinor, quam verba virorum in his literis principum, *Wolfii* et *Hermanni* verba innuo. Hic in dissertatione celeberrima de aetate scriptoris Argonauticorum Orphicorum p. 772 dicit singulas verborum formulas de aetate scriptoris iudicium facere posse; ille in Prolegomenis, quibus conscribendis viam muniuit iis, qui de carminibus homericis eorumque origine et compositione quaestionem instituere volunt, p. 138 declarat eadem, edisserens haecce: „Quare necesse erit, excutiatur aliquando accuratissime, — — — quid diuersum sit et disparis coloris in sententiis, et conformatione earum".

Hoc vero quam arduum sit, et quantis prematur talis quaestio difficultatibus vix dici potest, quum quasi in adyta ingenii et naturae carminum homericorum penetrauerimus necesse sit, si quid bonae frugis proferre velimus. Equidem, quippe qui admodum iuuenis sim, hanc ob causam facile me veniam impetraturum fore spero, si vt nonnulla tantum de modo struendi et de formularum conformatione decerpsisse videar mihi contigerit, neque omnia tetigero, quum haec, quemadmodum alia omnia quae dixi et dicam aliis perficienda commendare debeam.

De versibus Ψ. 370 et 371 infra erit sermo, quamobrem statim ad rh. Ω. nos conuertamus.

V. 30 sq.: Ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος, ἧσπερ ἄνασσες,
δήμῳ ἔνι Τρώων θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν·

Eustathius p. 1952 l. 38 sqq. verba τιμῆς ἀπονήμενος

ἧςπερ ἄνασσες, de quibus quaestio erit instituenda, ita explicat: — τᾶ τιμῆς ἀπονήμενος, ἧςπερ ἄνασσες, εἴρηται ἀντὶ τοῦ κερδήσας καὶ ὄνησίν τινα σχὼν τῆς βασιλείας δι' ἧς ἄνασσες, ἢ ἧς ἕνεκεν ἄνασσες· οὐ γὰρ τιμῆς ἀνάσσει τις, ἀλλὰ χάριν ἢ ἕνεκεν τιμῆς.

Ἀνάσσω in carminibus homer. aut *datiuo* casui iungitur, quod maximo exemplorum numero comprobatur, aut *genitiuo*, quod rarius fit, cfr. Il. *A*. 452, *Z*. 478, *K*. 33, Odyss. *Γ*. 305, *Δ*. 602, *P*. 443, aut praepositionibus μετά vel ἐν interpositis datiuo annectitur, quod aeque rarum est; ita, vt ἀνάσσονταί μοι Od. *Δ*. 177, et ἀγάξασθαι γένεα ib. *Γ*. 245 cfr. Eustath. ad h. v., nisi fallor, non habeant, quibus accenseri possint, similia exempla.

Iam quidem dicitur etiam κτήμασιν Od. *A*. 117, κτεάτεσσιν Od. *Δ*. 93, et δώμασιν, ib. *A*. 402, ἀνάσσειν, nunquam vero τιμῇ. Genitiuum illum ἧςπερ (τιμῆς) ἄνασσες, cuius loco cod. Vindobonens. L ἧπερ exhibet, quod etiam *Ernestius* in varietate lectionis notauit, Tom. V Corrig. et Addend. p. 45, aliquis attractione, quae dicitur, quadam explicare possit, sed λαῶν, οἷσιν ἄνασσε (non ὧνπερ) v. c. Od. *B*. 234, *E*. 12, vsum in his docet, quamobrem nescio, cur *Ernestius* l. l. adiecerit: „Vulgatum elegantius.“

Vnicus, qui huc vocari possit, locus Il. *Υ*. 180 sq. legitur:

> ἐλπόμενον Τρώεσσιν ἀνάξειν ἱπποδάμοισιν
> τιμῆς τῆς Πριάμου; κ. τ. λ.

At vero hic vnicus ipse ἀθετεῖται. Inspice Scholia *Villoisoniana*, et confer omnino et ad ea, quae modo disserui et ad hunc locum, quae *Heynius* annotauit ad h. l. Tom. VIII p. 45, quae huc transferre nolo.

V. 68 sq.: — Πολλοὶ δ' ἥρωες Ἀχαιοὶ
τεύχεσιν ἐῤῥώσαντο πυρὴν πέρι
καιομένοιο.

Eustath. p. 1953 l. 51 dicit: τεύχεσι ῥώσασθαι ἤτοι ἐῤῥωμένως κινηθῆναι. Σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες ῥώοντο Il. *Λ.* 49 sq. et *Π.* 166 (ἡγήτορες) ῥώοντο, ad quorum priorem locum vide *Heynii* notam, legi; sed τεύχεσι ῥώσασθαι aut simile quicquam, si recte memini, apud Homerum non legitur.

V. 71 Αὐτὰρ ἐπεὶ δή σε φλὸξ ἤνυσεν Ἡφαίστοιο.

Il. *Λ.* quidem v. 365 et *Υ.* 452 ἦ θήν σ' ἐξανύω dictum est, sed sententia, quam hic videmus, ita fere exprimi solet, v. c. Il. *Ι.* 212 αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάη καὶ φλὸξ ἐμαράνθη vel *Ψ.* 228 τῆμος πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, παύσατο δὲ φλόξ.

Versus Phrynichi tragici e dramate Pleuroniae nomine insignito enotatos a Tzetza in scholiis ad Lycophron. v. 430, ita exhibet e codicibus emendatos *Müllerus*, Tom. II. p. 604:

Στρατός ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὕαντος, ὃς γῆν ναῖεν ἀρχαῖος λεώς·
Πεδία δὲ πάντα καὶ παράκτιον πλάκα
Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ εἰδαίνυτο γνάθοις.

Cod. Viteberg. II. ἐδέννυτο et III. ἐδαίνυτο, scribe igitur vltimum versum ita:

ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις,
„deuorauit flamma."

V. 166 Ἐς θάλαμον κατέθηκε, καὶ ἐκλήϊσεν ὀχῆας.

Κλήϊσεν — θύρας Od. *Τ.* 30, *Φ.* 387, 389 et κληῗσαι θύρας Od. *Φ.* 236, 382, vel θύρας κληῗδι κληῗσαι *Φ.* 240 sq. inueni, non vero κληῗσι κληῗδα siue ὀχῆα, quemadmodum hic legitur. Caeterum iam censor edit. Homer. *Wolf.* in Ephemeridib. literar. Ienens. a. 1809, n. 246, p. 152, docuit κλήϊσε non κλήϊσσε, et κληῗσαι non κληῗσσαι

esse scribendum, eo modo, quo χρισάμεναι et aliae voces, ob ῑ longum et in omni stirpis prosapia productum. Hic locus Od. Φ. 241 κληῖσαι κληῖδι et Od. Ξ. 94 οὔποθ' ἐν ἱερεύουσ' ἱερήϊον aduersari videntur obseruationibus *Wolfii* in Praefatione nouae editionis Homer. p. 73 med., vbi ita loquitur: „Aliam lectionem α. 435 etiam plures confirmant auctoritates, προέρεσσαν ἐρετμοῖς; sed quis eam non prae vulgata προέρυσσαν inelegantem putet, siquidem hanc prope flagitat additum ἐρετμοῖς? Non sunt Homericae loquutiones, ὀϊστεύειν ὀϊστοῖς, τοξεύειν τόξῳ etc." —

Quae vero de illa lectione προέρυσσαν ἐρετμοῖς dixit ex asse comprobo; sollicitandus autem est locus Od. *I.* v. 73:

αὐτὰς (τὰς νῆας) δ' ἐσσυμένως προερύσσαμεν ἤπειρόνδε.

Ita scribens *Wolfius* de nauibus in terram subductis cogitabat, sed nondum peruenerant ad litus, et ἐσσυμένως non tam illud minus vrgens et necessarium, quam maius quoddam, atque ad conseruandam salutem propius spectans, denotare videtur. Orta erat tempestas procellis saeuientibus interitum et Vlyssi et comitibus minans, naues Borea pone eas furente iam pronae mersis in vndas proris et puppibus elatis ferebantur (hoc enim significat vox ἐπικάρσιαι, de qua re alibi,); vela rupta et lacerata erant vi venti. Quorum ope quum destitutos se viderent Vlysses et socii, iis contractis et in nauem detractis, nauem, quod *velorum* auxilio non amplius poterant, *remis* ad litus adigere studebant, ἱστία ἐς νῆας κάθεμεν, αὐτὰς δ' ἐσσυμένως προερέσσαμεν ἤπειρόνδε. Ipse quoque Aristarchus referente Eustathio ad h. l. hanc lectionem hoc loco, vbi non de nauibus ad litus iam actis sermo est, probauit, atque igitur a reliqua similium locorum so-

cietate, in quibus ipsa illa vox, aut aliqua illi cognata, quam mutandam esse dixi, retinenda est, segregauit.

V. 318 sq.: Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη
δριμὺ μένος προὔτυψε, φίλον πατέρ' εἰσορόωντι.

Hanc ῥῆσιν tantis laudibus dignam habere non possum, quantis ornat *Isaac. Casaubonus* in c. 1. Lect. Theocrit.; si „vehementiam φυσικῆς στοργῆς vim maiorem" dicere licuerit, hoc μένος certe non δριμύ erat. Recedit ab homerico et ore et more ista loquutio, cfr. Eustath. 1962 l. 37 — 39.

V. 343 — ἔνθα δ' ἀνὰ σταφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν,
ὁππότε δὴ Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν.

Haec iam *Ernestium* offenderunt ad h. l. ita dicentem: „Versio: *Quando demum Iouis tempestates incubuerint desuper.* Quid hoc est? aut quis hoc potest intelligere? Sensus est: quoties Iouis Horae, quae sunt quasi promaecondae copiarum et fertilitatis, suas copias effuderint. *Il.* σ, 561. est ἀλωὴ μέγα βρίθουσα σταφυλῇσι."

Prauam imitationem redolere videntur formulae Il. Ε. 91 — ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος.

V. 386 ἔνθ' οἱ μὲν δείπνῳ ἐπεχείρεον.

Iam supra P. II c. I §. 3 vidimus verbum ἐπιχειρέω esse ἅπαξ εἰρημένον et hic et v. 395, et sermoni homericorum carminum his tantum locis illatum. Videamus iam de loquutione et formula ipsa. Vel pueris mirum videbitur, hic vsum loquendi adeo recessisse, vt pro solemni illa formula:

ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον

hic dictum sit δείπνῳ ἐπεχείρεον.

Simili modo diuersam rationem in conformandis formulis conspicuam videmus versu 489:

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σίτοιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἕντο.

In cuiusuis auribus haerent verba:

αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,

quae exspectat. Horum loco subministratur talis imitatio.

V. 514 sq.: Τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε; θεοὶ φίλοι, ἦ μάλα χαίρω·
υἱός θ' υἱωνός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσιν.

Omnis quidem haec sententia tam parum colore renidet homerico, vt *Hermannum*, quum puerili aetati adhuc proximus, ita quidem, vt nondum iuuenibus annumerari posset, primum hunc locum legeret, vehementer offenderit. Ex vngue leonem.

Praeterea, vt in hac grauissima auctoritate de gnomica huius loci indole acquiescam, δῆριν ἔχειν an non in alio loco reperiatur haud scio. Solemnem formulam δῆριν τίθεσθαι Il. *P.* 158 exhibet, nam lectio quorundam codicum iam ab aliis reiecta est. Δῆριν ἔχειν, quod ter legitur in *Scuto Hesiodi*, ab epicis serioris aetatis non tanto studio receptum et imitatione expressum, quam δῆριν τίθεσθαι siue θέσθαι, ita, vt horum exemplo illa φράσις ὁμηρικωτέρα pene videri debeat. Restituenda est codicum auctoritate loco Euphorionis, quem Tzetzes in Scholiis ad Lycophronem quanquam corruptum seruauit. Totus locus, qui Vol. II p. 612 edit. *Müller.* legitur, ita se habet:

Ἡ δὲ ἱστορία τοῦ Μόψου καὶ τοῦ Ἀμφιλόχου τοιαύτη (ἐστίν). Μετὰ τὴν τῆς Τροίας πόρθησιν (hanc lectionem praefert vsus Tzetzae v. c. p. 535, 539, 569, 599, 693, 800, 865, 872, 873, 897, 899,) ἀμφότεροι ἦλθον εἰς Κιλικίαν. Ἀμφίλοχος δὲ (ὁ Ἀμφιάρεω υἱός) βουλόμενος χωρισθῆναι εἰς τὸ Ἄργος παρέθετο τῷ Μόψῳ τὴν βασιλείαν,

ἧσσοι τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ κελεύσας φυλάξαι μέχρι ἐνιαυτοῦ ἑνὸς πληρωμένου. Τελεσθέντος δὲ αὐτοῦ ἦλθεν ὁ Ἀμφίλοχος καὶ οὐ παρεχώρει αὐτῷ ὁ Μόψος, διὸ περὶ τούτου πρὸς ἀλλήλους διαφερόμενοι ὑπ' ἀλλήλων ἀνῃρέθησαν. Οὓς θάψαντες οἱ ἐνοικοῦντες πύργον μεταξὺ τῶν τάφων κατεσκεύασαν, ὅπως μηδὲ μετὰ θάνατον κοινωνήσωσιν, ὡς καὶ Εὐφορίων·

Πύραμον ἠχήεντα· πόλιν δ' ἐκτίσαντο μᾶλλον
ἧς περὶ δηρισθέντες κακόφραδες ἀλλήλοισι
Μόψος Ἀμφίλοχός τε, καὶ ἄρκια δῆριν θέντες
μουνὰξ ἀλήστοιο πύλας ἔβαν Ἀϊδωνῆος.

Ita igitur exhibet hos versus editio *Mülleri*. Primum *μᾶλλον* mutandum est in *Μαλλόν*, quae erat vrbs Ciliciae prope Pyramum fluuium, scribenda *Μαλλός*, neque *Μᾶλλος*, quemadmodum perperam legitur apud Appian. Mithridat. p. 394, quod in Strabon. L. XII, p. 539 *Cas.*, *Tzchuckius* rectissime emendauit, neque *Μαλός*, quomodo MSS. in Stephan. Byz. s. v. *Πύραμος* et Cod. Medic. IV in loc. Strab. com. habent. Cfr. Dio Cass. Commod. LXXII, p. 1208 ed. *Reimar.*, Pausan. l. 34, Strabo. XII, Tom. V. p. 34 ed. *Tzschuck*, et XIV p. 709, 711, 713 ei. edit., Arrian. Exped. II. 5 *Gronov.*, Scylax p. 42 ed. *Hudson.*, Dionys. Perieget. v. 875, et Eustath. ad h. l.

Deinde verba *πόλιν δ' ἐκτίσαντο Μ.* metro repugnant; quum Strabo XIV p. 709 *κτίσμα Ἀμφιλόχου καὶ Μόψου* dicat hanc vrbem, et p. 711 referat: *τὸν γὰρ Μόψον φασὶ καὶ τὸν Ἀμφίλοχον ἐκ Τροίας ἐλθόντας κτίσαι Μαλλόν*, cfr. et. Eustath. ad Dionys. l. l., mutanda sunt in *πόλιν κτίσσαντο δὲ Μ.*

Porro scribendum est *ἧς πέρι δῆριν θέντε*; primum grammatica, secundum codicibus MS. optimis Viteb. I et Giz. atque editionibus prioribus, in quibus seiuncta leguntur haec verba *δῆριν θέντε*, tertium autem *θέντε* metro; vid. censor edit. *Wolf.* Hom. in Ephemer. liter.

Ienens. a. 1809 m. Octob. p. 124, et codd. MSS. iubentibus. Praeterea in versu III scribas δηριωθέντες; codd. Viteb. II et III, qui δηριςθεντες habent, magis confirmant. Denique ἀλήστοιο, cuius loco Viteberg. II et III ἀλήσθοι praebent, mutandum est in ἀπληστοιο et forma Ἀϊδονῆος, quae haud raro reperitur, ex editionibus vett. reuocari debet.

Totus igitur Euphorionis locus ita erit scribendus:

[Amphilochus et Mopsus post bellum Troianum abierunt in Ciliciam et venerunt ad]

Πύραμον ἠχήεντα, πόλιν κτίσσαντο δὲ Μαλλόν·
ἧς πέρι δηριχθέντε κακόφραδὲς ἀλλήλοισιν,
Μόψος τ' Ἀμφίλοχός τε, καὶ ἄρκια δηριωθέντες,
μουνὰξ ἀπληστοιο πύλας ἔβαν Ἀϊδονῆος.

V. 534 expressus est ex Od. M. 203:

τῶν δ' ἄρα δεισάντων ἐκ χειρῶν ἔπτατ' ἐρετμά,

mutatis vltimis in ἔπτατο τεύχεα, offendere igitur nequit, et caetera, quae primo obtutu offendere possent, exemplis homericis defenduntur. Fragmentum Antimachi, in Etymol. Magn. p. 770 l. 10 commemoratum, quod ita legitur:

κοίας ἐκ χειρῶν εἰς σκόπελον μεταριπτάζουσι,

Schellenbergius p. 98 ita restituere voluit:

κοίας ἐκ χειρῶν (εἰς) σκόπελον μεταριπτάζουσι,

scribe:

κοίας ἐκ χειρῶν σκόπελον μέτα ῥιπτάζουσιν.

Cfr. Odyss. Z. 115: *σφαῖραν ἔπειτ' ἔῤῥιψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια.*

Praeterea in Antimacho ead. pag. *Schellenb.* collect. scribe:

— — — ληχμῶν ἐμπάζεσθαι ἀλεεινῶν.

Pag. 99 fortassis ita emendatur locus:

— — — πλῆσεν δ' ἄρ' ἐπιστρέψασα δέπαστρον,

cfr. v. c. Il. Λ. 470, I. 175. Odyss. Λ. 148, Γ. 339, Φ. 271.

Locum eiusdem poetae p. 76 *Schellenb.* lenissima medicina, verborum dico traiectionem, sanari posse censeo. Eustathius ad Iliad. *B.* v. 212 ita eum exhibet:

ὧς ῥα τότ' Ἀργείων ἐκολῴει στρατός,

scribas:

— — *ὧς ῥα τότε στρατὸς Ἀργείων ἐκολῴει.*

Sed si quis haec iam emendauerit, veniam peto.

CAP. III.

Iam vero pensitatis et examinatis singulis verbis et verborum formulis ad omnem dictionem considerandam nos conuertamus. Nam et singulae verborum formulae, vti dicit *Hermannus* in Dissertat. de aetate script. Argonautic. Orphic. p. 772, et omnis color orationis iudicium de aetate scriptoris facere possunt. Singulis igitur partibus, quibus composita est et constat oratio, cognitis et diiudicatis vniuersam orationem, omnemque eius colorem habitumque contemplemur.

Vniuersi omnino carminis, cuius aliquam partem diligentius examinandam nobis sumsimus, ita comparata est oratio, vt magnopere recedat ab ea, qua illud carmen, quod Iliaci nomine inclaruit, omni tempore omnium animos in sui admirationem abripiebat. Non enim tam concitato flumine et quasi turgescente nos corripit, non tam grandis sententiarum grauitate et maiestate verborum animos commouet, non tam varia actionum mutatione, non tam copiosa imaginum compositione, quam illa, omnes animorum partes pellit: sed et laeuis, et structa, et terminata leniori cursu profluit,

dilucidior ac pressior, mitiori lumine neque tam acribus, quam illa, nitens coloribus et leni commissura temperatis animos allicit allectosque retinet, neque tam eos percellit et percutit, quam delinit et mulcet, iisque sensim sese insinuat et informat.

Quodsi vniuersa Odysseae oratio ita comparata est, in hac extrema parte leuiter tantum ornata procedit, tenuis et horridula interdum, non raro frigida et ieiuna, saepe marcescens, sicubi floret spiritumque ac neruos homericos imitatur, non tam simplici illo et natiuo lepore audientium animos oblectat, quam alienis et extrinsecus aduectis atque arte adscitis ornamentis animos excitare videtur.

Hoc quidem non tam indicari ac demonstrari potest, quam mente et animo percipi et sentiri; tamen vt aliquantulum saltem habeamus, quod iis opponere possimus, qui se id non percipere sibi videri possint, certe grauiora, in quibus aliqua demonstratio vim suam exserere potest, recenseamus.

---

§. I.

Omnis quidem Odyssea ita comparata est, vt imaginum, vnde conferendi et comparandi opportunitas repeti solet, non tanto luxurietur numero, quam Ilias, quae iis quasi stipata floret[1]): haec tamen eius pars praeter caeteras, in reliquis orationis siue naeuis siue

1) Hoc iam Archiepiscopus ille celeberrimus saepenumero satis sagax bene vidit; nam ad Odyss. X. 384 siue p. 1931 l. 26 sqq. haec adscripsit: *Τὸ τῆς Ὀδυσσείας βιβλίον σπανίζει παραβολῶν, ὧν ἡ Ἰλιὰς εἰς πλῆθος μεμέστωται, διὰ τὸ τῶν ἐκεῖ πράξεων πολυμέγεθες ἐναργείας δεομένων ἄλλης τε καὶ τῆς ἐκ παραβολῶν.*

maculis ea quoque egestate est conspicua, vt pene nullo niteat harum imaginum ornamento.

Iam quidem minime consilium cepi accuratius quaerendi et subtiliter disputandi de natura et virtutibus earum et satius duco commemorare eorum libros, qui iis de rebus scripserunt. Sunt autem hi:

A. H. Niemeyer de similitudine homerica. Hal. 1778. 4. *L. H. Iacob* de allegoria homerica. Hal. 1785. 8, et insert. libro, cui index est: *Bibliothek der alten Literatur und Kunst.* Fasc. I. p. 216 sqq. coll. 212. *Ioh. Fried. Wilh. Egen, über die homerischen Gleichnisse, ihre Uibereinstimmung und Abweichung von den Gleichnissen neuerer Dichter; über ihr Eigenthümliches und Behandlung bei Erklärung derselben. Nebst einer Beispielsammlung der wichtigsten homerischen Gleichnisse und Erläuterungen derselben von* etc. *Magdeburg.* 1790. 8. *C. Dahl* Dissert. de natura similitudinum ex Homero. Respondente *Bachmann.* Vpsalae. 4. P. I. 1791. 1 — 18 pgg., II. ib. 1797. 1 — 24 pgg. *M. Backmann,* Specimen sublimium Homeri imaginum. Lund. P. I. 1792. 14 pgg. *Ghlf. Guil. C. Starke, Uiber einige Gleichnisse des Homer. Eine Einladungsschrift. Bernburg.* 1793. 8., et in libr. ita inscr.: *G. A. Ruperti Magazin für Philologen. Gött. u. Bremen.* 1797. 8. Vol. I. comment. X. *I. Backmann,* Homerus comparans, siue similitudines ex Iliade et Odyssea. Hernosandiae. 1815. 4. *C. T. Dammius* in Nouo Lexico graeco. Berolin. 1765. 4. p. 2976 — 2983.

Haec monuisse sufficiat; redeamus ad extremam Odysseae partem. Si totam peruolutaueris et perscrutatus fueris non sine tacita quadam admiratione eam non pluribus, quam vix ac ne vix quidem duabus ornatam esse animaduertes, altera enim hoc nomine pene indigna est.

Prior earum, quam rh. Ω. v. 6 — 9 reperimus:

ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν
ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται·
ὣς αἱ τετριγυῖαι ἅμ' ἤϊσαν·

a stridore vmbrarum volantium cum stridore vespertilionum in antro circumuolitantium comparando petita, non omni venustate caret. Sin ad alteram accesseris considerandam tenuem et macram esse comparationem videbis, tribus vocabulis comprehensam:

Ω. 537: *σμερδαλέον δ' ἐβόησε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,*
οἴμησεν δὲ ἀλεὶς, ὥςτ' αἰετὸς ὑψιπετήεις.

Vlysses in hostes irruens cum aquila euolante confertur, comparatione loco intertexta, vbi, si a simili colligere velis, imago egregia et digna homericis neruis, quae animos oblectet, sedem inuenisset maxime opportunam.

---

§. II.

Deinde offendit numerus versuum partim ex aliis carminum homericorum locis petitorum, partim imitatione quadam expressorum.

Iam quidem in carminibus qualia haec sunt, hoc est, quae natiuum simplicitatis cuiusdam colorem traxerunt, neque tam e variis et discoloribus fictionibus mira arte ingenii doctrina subacti temperatis, quam a natura, quae ab erudita et laboriosa poesi aliena est, originem repetunt, minime mirum videri debet, saepius eadem aut breui aut multo post iisdem iterum exprimi verbis. Hoc in nobilem illam simplicitatem cadit, cuius rei veritatem non tantum fabulae probant, quae in ore populi vigent, sed etiam narrationes, carmina, libri et alia huius generis, quae originem ingenio illi na-

tiuo debent, non arte exercitato; et inprimis libri, quos sacros veneramur.

In homericis carminibus, quod origini eorum plane consentaneum est, repetitiones eiusmodi saepenumero deprehendimus. Atque adeo frequentes sunt, vt qui ob repetitas formulas et redeuntes versus versuumque ordines de alicuius partis horum carminum auctoritate et origine genuina detrahere velit, cauere debeat, ne sententia explodatur.

At vero non de repetitionibus loquor Homero familiaribus, de quibus scripserunt *Angelus Maria Riccius* in Dissertationibus Homericis, Florentiae 1741. 4. III Voll. et Lipsiae 1784. 8., dissertat. VI, p. 49 sqq., et *Io. Schulze*, de Tautologia Homeri. 1736. 4., sed versus intelligo ex aliis partibus in hanc conuocatos et pene centonum instar consutos, vel e variis compositos et expressos. Inter has res, repetitiones illas dico Homero visitatas, et versus istos, mirum quantum discriminis, cuicunque vel recentissima cum Homero familiaritas intercedit, sentiet. De aliis, si qui, quod vix timeo, id sibi non conspicuum esse querantur, dolendum foret, hanc rem ab iis non sentiri me vel fuse de ea re loquuto.

Aliae sunt repetitiones reliquarum, aliae huius partis. Illae ingenio natiuo, hae arti; illae ἀοιδῷ naturam solam audienti et sequenti, hae illius ἀοιδοῦ vestigia prementi propriae sunt; illae luxuriem et vbertatem, hae imitationem loquuntur; illic poeta quasi flores orationis et ingenii larga manu effundit, nec curat, ne iidem bis cadant e calatho, hic flores ab alio sparsos studiose colligit et coronae suae, iis adornandae, internectit. Rectissime *Wolfius* in Prolegom. p. 138. ita: „Quare necesse erit, excutiatur aliquando accuratissime, — — *quae vestigia lateant alienae imitationis in iis, quae expressa sunt ex Homero*, vbi nerui deficiant ac spiri-

tus Homericus, quid ieiunum et frigidum sit in locis multis, —" etc.

Sed veniamus ad rem. Eustathius p. 1953 obseruavit multa, quae in Iliade dispersa legantur, hic contracta esse; vide supra p. 25; *Popius* p. 240 inquit: „It is impossible not to take notice that Homer makes repetition after repetition: Agamemnon speaks the same words as in the eleventh Odyssey: Amphimedon the same as in the second; and the whole account of the suitors destruction is no more than a recital of what the reader already knows. Was Homer tired at the end of his work, and would not give himself the labour of invention? I confess we may lose our appetite to see the same entertainment thus continually served up in the very same manner, without so much as a new garnishment. I fear the words of Vlysses may sometimes be applicable to Homer:

And what so tedious as a twice - told tale?"

Ita, vt interpositis iis, quae p. 25 sq. exhibui, addat: „So that if I could in any part subscribe to the opinion of Aristarchus for the rejection of this book, it should be only for the former part of it," etc.

At vero in iis non acquiescam, sed recensum communicem versuum, qui aut integri ex aliis locis huc transpositi, aut leui mutatione variati, aut e variis versibus compositi sunt, et tali studio praecipue imitationem et disciplinam quandam homerica vestigia sequentem confitentur.

Ominis instar est primus huius partis versus Ψ. 297, quum repetiti versus saepe commissurae instar inter duas easdemque diuersas partes positi sint, quod iam vidit *Wolfii* V. S. acumen Proleg. p. 130, ideoque compagem indicent.

Ille enim versus

Ψ. 297	petitus est ex	Odyss. X. 454, vbi idem legitur.
- 299	legitur sim.	- K. 479.
- 303	pene idem	- Π. 29 mon. Clarkio.
- 304 sq. in.	comp. e var. vid. v. c.	Iliad. I. 466 sq. et Odyss. Σ. 277, Υ. 51.
- 307	similis	Odyss. Δ. 152.
- 323	idem	- K. 492, Λ. 165.
- 325	compos. ex	Il. X. 428, Od. Λ. 435, cfr. etiam Il. X. 421, Odyss. Θ. 283.
- 327 sq. in.	similes	Odyss. M. 260 sq., 98 sq. in.
- 331 p. post.	sim.	- H. 251, pars post.
- 334	compos. ex	- I. 29 et sq.
- 335	- -	- I. 30 in., Od. H. 256 E. 135.
- 336	idem	- H. 257. E. 136.
- 337	similis	- - 258.
- 339 / - 340 / - 341	similes	Od. E. 36, Υ. 280. / - - 37, Il. B. 140, O. 499. / - - 38, Π. 231.
- 343	imitat. expr. ex	Il. Ψ. 65. Od. Υ. 56 sq. in.
- 344	idem	Od. B. 382, 398, Z. 112 et saepius.
- 348	similis	Il. Λ. 2.
- 361 post.	-	Od. Υ. 131, Φ. 103 posterr.
- 364	-	- Λ. 362, Δ. 751, 760, 787, P. 49, Σ. 602, Φ. 356.
- 366	-	Il. Υ. 328.
- 367	-	Od. X. 435.
Ω. 2 post. / - 3 / - 4	similes	Od. E. 47. / - 48.
- 14	compos. ex	Od. Λ. 476 et Il. Ψ. 72.
- 15 / - 16 / - 17 / - 18	similes	- Λ. 467. / - 468. / - 469. / - 470.
- 19 in. / - 20 / - 21 / - 22	-	Il. Π. 644. in. / Od. Λ. 387. / - - 388. / - - 389.

Ω. 26	similis	Od. *Τ.* 110.		
- 27	-	- *Γ.* 100.		
- 31, 36, 37	sententia, quae legitur Od. *Ε.* 306 sqq., verba e variis conflata.			
- 32	similis	Od. *Δ.* 239.		
- 33	-	- - 240.		
- 34	-	- *Ε.* 312 *Clark.*, add. Il. *Φ.* 281.		
- 36 } - 37 }	vide supra.			
- 39 } - 40 }	simil.	Il. *Π.* { 775. 776 *Clark.*		
- 44 in.	-	Il. *Σ.* 233 in.		
- 53	saepiss. obvius.			
- 54	similis	Il. *Γ.* 82 *Clark.*		
- 57	-	- - 84		
- 79	-	Il. *Ω.* 575.		
- 82 sq.	sententia eadem	Il. *Η.* 855 sqq.		
- 86	conflatus ex	Il. *Ψ.* 506 aliisque.		
- 87	similis	Od. *Δ.* 416.		
- 90	-	- - 418 *Clark.*		
- 92	-	Il. *Ω.* 749.		
- 98	saepissime occurrit.			
- 99	similis	Od. *Τ.* 173.		
- 102	-	- *Δ.* 471.		
- 104	conflatus ex	Il. *Ν.* 661 et Od. *Δ.* 555, 798.		
- 109		Od. *Δ.* 399.		
- 110		- - 400.		
- 111	similes	- - 401.		
- 112		- - 402 *Clark.*		
- 113		- - 403 *idem.*		
- 121 } - 122 } - 123 }	sexcenties adsunt.			
- 127	idem	Od. *Χ.* 14		
- 128	-	- *Β.* 93		
- 129	-	- - 94	sim.	*Τ.* 139 *Clark.*
- 130	-	- - 95	et sim.	Od. *Τ.* 140.
- 131	-	- - 96	et	- - 141.
- 132	-	- - 97	-	- - 142.

Ω. 133	idem	Od. *B*. 98 et Od. *T*. 143.
- 134	-	- - 99 - - - 144.
- 135	-	- - 100 - - - 145.
- 136	-	- - 101 - - - 146.
- 137	-	- - 102 - - - 147.
- 138	-	- - 103 et sim. - - 148.
- 139	-	- - 104 - - - - - 149 *Clark.*
- 140	-	- - 105 - - - - 150.
- 141	-	- - 106 - - - - 151.
- 142	-	- - 107 - - - - 152.
- 143	-	- *T*. 153 et saepius.
- 144	-	- *B*. 108 et sim. Od. - 154.
- 145	-	- - 109 - - - - 155.
- 146	-	- - 110 - - - - 156.
- 150	Eustathius p. 1956 l. 43 sq. haec annotauit: *Τὸ δέ· ὅθι δώματα ναῖε συβώτης παρῳδήθη ἐκ τοῦ· ὅθι δώματα ναῖε Θυέστης.*	
- 157	idem legitur	Od. *Π*. 273; *P*. 337 simil.
- 158	pene idem	- *P*. 338.
- 168	similis	- *Φ*. 3. 81.
- 169 post.	-	- - 4. post.
- 171	-	- - 127, 185.
- 177	-	- - 328.
- 178	compos. ex	- *Φ*. 124; *X*. 3.
- 181	similis	- *X*. 118.
- 184	-	- - 308 vid. Eustath. p. 1955 l. 47, p. 1956 l. 49, et Il. *K*. 483.
- 185	-	- *X*. 309.
- 190 post.	-	Il. *Π*. 457, 657. postt. partt.
- 203	saepenumero legitur.	
- 204	similis	Il. *X*. 482.
- 246 sq.	compos. ex	Od. *H*. 115 sqq.
- 248	- e versu	
	max. freq. et	Il. *Z*. 326.
- 256, - 258	saepissime obuii.	
- 263	similes	Od. *Δ*. 833, *Υ*. 207.
- 264		- - 834, *Υ*. 208.
- 265		Il. *Δ*. 76, *Z*. 334, id. Od. *O*. 318.

Ω. 268	similis	Od. *Τ*. 351.
- 271	-	- - 194.
- 272	-	- - 195.
- 274	-	- *Ι*. 202.
- 275	-	- - 203.
- 276	-	Il. *Ω*. 230.
- 277	-	- - 231.
- 278 - 279	comp. e plur. saepe obuiis.	
- 287 - 296 - 297 - 298 - 302 - 303	saepiss. leguntur.	
- 308	idem	Od. *Α*. 185.
- 315	similis	Il. *Σ*. 22.
- 316	-	- - 23.
- 317	composit. ex	- - 24, et *Ψ*. 225.
- 322	- -	Od. *Π*. 206, *Τ*. 484, *Φ*. 208, *Ψ*. 102, 170.
- 330	saep. obv.	
- 331	similis	- *Τ*. 391, 465.
- 345 - 346	similes	Od. *Ψ*. 205. - - 206, *Τ*. 250.
- 347	similis	Od. *Ρ*. 38, *Φ*. 507.
- 349	-	- *Ε*. 458, Il. *Χ*. 475.
- 350	-	- *Π*. 193, *Τ*. 214.
- 356	saepiss. obv.	
- 362	similis	Il. *Ζ*. 370, 497. Od. *Ρ*. 28, 85, 275. *Φ*. 242.
- 366	-	- *Ω*. 587, Od. *Δ*. 49, *Ρ*. 88, *Σ*. 69.
- 367	-	Od. *Σ*. 70.
- 368	idem	- - 71.
- 369	similis	- *Ζ*. 230.
- 370	-	- *Γ*. 468. *Π*. 178.
- 372	saepiss. obv.	
- 375	sim. Telemachi nom. exhibens saepiss. occ.	
- 376	saep. leg. v. c.	Il. *Β*. 371, *Δ*. 288, *Η*. 132, *Π*. 97, Odyss. *Η*. 311, *Σ*. 234.

Ω. 383	saepiss. leg.	
- 384	saep. leg. v.c.	Il. *Α*. 467, *Β*. 430, *Η*. 319, Od. *Π*. 478.
- 385	- - v.c.	Od. *Α*. 145, *Γ*. 389.
- 399, - 403, - 406	- -	
- 412	similis	Od. *Δ*. 624.
- 415	composit. ex	- *Α*. 118 et 119, simil. ib. *Ι*. 401.
- 425	similis	- *Β*. 24.
- 431	-	- *Ν*. 275.
- 450	-	- *Χ*. 42.
- 453	saepiss. v. c.	Il. *Α*. 73, 253, *Β*. 78, 283, *Η*. 326, *Ι*. 95, *Ο*. 285, *Σ*. 253. Odyss. *Β*. 160 etc.
- 459	pene idem legitur	Od. *Σ*. 144.
- 467	idem legitur	Il. *Ξ*. 383.
- 473	saepe leg. v.c.	- *Α*. 45, 81.
- 477	- -	
- 478	- -	Od. *Δ*. 492, *Ε*. 22, *Α*. 463 et al.
- 479	sim. -	- *Ε*. 23.
- 480	- -	- - 24.
- 481	recurrit v.c.	Il. *Δ*. 37, Od. *Ν*. 145.
- 487	saep. leg. v.c.	- - 73, *Τ*. 349, *Χ*. 186.
- 488	- - - -	Od. *Α*. 102.
- 489, - 494	multorum imitatione facta expressi.	
- 500	idem	Il. *Ξ*. 383.
- 502	similis	Od. *Β*. 267.
- 503	idem	- - 268, 401.
- 504	similis	- *Ν*. 250.
- 505	-	- *Σ*. 214.
- 507	-	Il. *Ζ*. 209 *Clark.*
- 510	saepiss. obv.	
- 516	- -	
- 520	imitat. expr.	Il. *Κ*. 482.
- 519, - 522	imitatione versus saepissime obv. facti: *ἢ ῥα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος.*	
- 524	saepe recurrit, v. c.	Il. *Ρ*. 518.
- 525	saepiss. obv.	

Ω. 532	imit. expr. ex	Od. Σ. 149.
- 534	similis	- M. 203, vid. supra §. H. hui. cap.
- 535 post.	-	- - 328.
- 537	-	Il. X. 308. *Clark.*
- 541	sim. saepe legitur v. c.	- I. 308, Ψ. 723.
- 542	Hoc versu nihil frequentius in tota Odyssea.	
- 548	vide locos supra ad v. 503. laudatos.	

Multo maior redderetur numerus, si notarem partes singulas singulorum versuum, qui plerumque phrasi constant Homerica additis quibusdam nouis verbis. Ita Ω. 13. *αἶψα δ' ἵκοντο* et *κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα*, v.v. 23, 35, 105, 120, 191 imitatione notissimorum versuum mutatis nonnullis orti sunt, *θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ* v. 36, v. 37 *ἐν Τροίῃ ἑκὰς Ἄργεος*; v. 41 *ἡμεῖς δὲ πρόπαν ἦμαρ ἐμαρνάμεθ'*, v. 46 *δάκρυα θερμὰ χέον* et innumerae aliae partes locorum homericorum nos memores reddunt. Praeterea intrudebantur sensim sensimque alii, cuius rei vestigia quidam codices seruarunt. Ita v. Ψ. 320, quem codd. Vindob. apud *Alterum* V, L, LVI, CXXXIII non habent, et qui, iam *Rochefortio* suspectus, a *Wolfio* vncinis inclusus est, vide etiam var. lect. in edit. *Ernesti*; simili modo versus post quartum rhapsodiae Ω in codice, quem *Thom. Bentleius* contulit, Harleiano 5674 additus: *τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς Ἀργειφόντης*, ex Od. E. 49, Ω. 121, abest a multis, neque editiones antiquae exhibent, intrudunt tamen cod. Harleian. et alii. Versum 121 cod. Vindob. L ita habet:

μέμνημαι τάδε πάντα καὶ ἀτρεκέως καταλέξω,

quemadmodum vulgo legitur. Contra codd. Vindob. V, LVI et Harleian. et obseruante *Barnesio* alii tuentur lectionem, quam *Wolfius* dedit, hoc est duos versus. Pro versu, quem habent cod. Harleian. et Vindob. LVI:

Ω. 276 *δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας τόσσους δὲ χιτῶνας,*

Eustathius et alii duos praebent, quos vides apud *Wolfium* 276 et 277. Versus 533 abest a MS. *Ern.* in var. lect., reliqui exhibent, id vero nonnisi librarii errore factum est, quemadmodum quod cod. Vindobon. LVI apud *Alterum* pro tribus 545 — 547 vnum habet: *ὥς φάτ᾽ Ἀθηναίη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο.*

Nolo quidem de tali facto siue simili cogitare, quale Eustathius in praefatione schol. in Odyss. ita enarrat p. 1379 l. 48: — *Τιμόλαος, ὁ εἴτε λαρισσαῖος, εἴτε μακεδὼν, εἴτε καὶ ἄμφω, λειψυδρίαν οἷον ἐκεῖ* (in Iliade) *καταγνοὺς τοῦ ποιητικοῦ ὠκεανοῦ, ὠχετήγησε μισγαγκείας τινὸς δίκην, στίχους ὥσπερ τινὰς ἢ μύξας τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ· λέγεται γὰρ ὅτι παρενέβαλε τῇ Ἰλιάδι ἐκεῖνος στίχον πρὸς στίχον, ἐπιγράψας τὸ σύγγραμμα τρωϊκά, οἷον·*

μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
οὐλομένην, ἣ μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν,
μαρναμένοις ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος.
Πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν,
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί·

sed repetitionis modus in nostra parte artem et disciplinae speciem redolet, studiumque imitandi fatetur, quod quo nos ducat videbimus infra.

---

§. III.

Deinde vero etiam ad aliam rem nobis attendendum est, modum dico, quo versus singuli versuumque ordines aliunde petiti, et versuum particulae vel membra, ab aliis dissecta, cum iis, quae poeta peculiaria addidit, coniuncta et connexa videmus. Non solum

versus, praecipue vbi multi homerici interpositi sunt, saepenumero male quasi compacti et conglutinati sunt; sed etiam in coniungendis versuum ordinibus, siue membris huius partis salebrae animaduerti possunt. In vtraque re consideranda non facilem illum transitum reperiemus, qua insigni virtute condecorata carmina homerica alias audientium animos oblectant; non egregia illa et natiua arte verborum et rerum rationes vincitas et temperatas sentiemus: sed hiulci aliquid, et horriduli atque praefracti, nec satis, vt ita dicam, rotundi animaduertemus e negligentia quadam et incuria ortum, quo aures animique offenduntur et irritantur, atque oratio fluens et dissipata redditur. Eiusmodi salebras non modo videbimus, vbi singuli versus iunguntur et reliquis consociantur, quibus in locis interdum quasi rima in fuso opere hiat; verum etiam vbi noua aliqua pars fabulae, vel, si verbis veniam concesseris, neque liberius dictum detorquere atque eo abuti velis, noua scena in hoc extremo actu incipit, non miram illam artem, quae nos pene inscios ad nouas res traducit, sed compages et quasi suturas laciniarum sentiemus. In hac re me, nam quid aliis placeat nescio, neque iis quod vidisse mihi videor obtrudere volo, haud absimili modo affectum sensi, ac si in picta aliqua imagine colores non ita temperatos viderim, vt demonstrari nequeat, vbi alius alium excipiat, sed commissurae eorum primo statim obtutu conspici et discerni possint.

Huius rei exempla videntur inesse his in locis.

Ψ. v. 297, vide quae §. antecedente huic versui adscripsi.

Ω. v. 19, vide quae eadem §. et p. 22 dixi.

De v. 99 eadem valent, neque minus offendit v. 203 coll. 205, vbi subitus post longam intercapedinem reditus fit interposito versu saepissime obuio: *ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον* aspero transitu ad Vlys-

sem sociosque verbis facto: οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν κ. τ. λ.

Simili modo hiat opus v. 383 sq., paratur transitus a loco, quo stant Vlysses et pater, ad pastores et Telemachum saepissime repetita lectione:

ὥς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον

interposita, praefracto illo:

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα

non minus frequenti, vide §. antecedentem, ita, vt quoniam poeta verba non satis artificiose vincire potuit, pene lacuna esse videatur. V. 415 item versu aliunde petito oratio obscura fit, quum poeta, quosnam intelligat, nondum declarauerit; secus, quam in illis locis, quos §. antec. ad h. l. notaui.

V. 472 formulae ope, quae saepissime recurrit: αὐτὰρ Ἀθηναίη — — προςηύδα, transit poeta, siue verius nos subito abripit, ab Ithacensibus ad Deos; ratione ab homerico ingenio plane aliena, quae hunc fere in modum nos traduxisset: „Sed eorum conatus non potuit habere felicem successum, non enim effugit Mineruam, quae assidens Ioui patri ita eum, Vlyssi timens, alloquuta est: etc.“, cfr. supr. p. 33 sq.

Sed sufficiant haec, non enim prohibere potuit auctor huius partis, quominus vti ab ingenio ita etiam a flumine orationis recederet eius, quem imitari voluit, hoc est, vt ita dicam, Homeri *). Diuinum illud ingenium, cui magnam carminum homericorum partem debemus, hic etiam procul dubio curasset, vt Quintiliani verbis vtar, ne commissurae nunc pelluceant, sed vt corpus sit non membra.

*) „[Homerus enim de duobus is est, qui est antiquior]“. *Hermannus* in praefat. hymnor. Homer. p. VII.

§. IV.

Restat, vt de colore et vigore orationis, et habitu eius vniuerso nonnihil adspergamus.

Ex iis quae hucusque disputauimus sponte apparet, in hac parte aequabilem quendam colorem et concinnum tenorem orationis exspectari non posse, quum alia niteant et floreant homerico splendore, alia marcescant. De huius rei momento et supra monui et nunc *Wolfii* V. S. verba apponam p. 138 Prolegom.: „Quare necesse erit excutiatur aliquando —, *vbi nerui deficiant ac spiritus Homericus, quid ieiunum et frigidum sit in locis multis*, vt Il. φ. 273 sqq. et in magna parte τεϱατολογίας huius libri, vt in proximo X, vbi tamen *plura nitent*, (ita nitent etiam multa in Theogonia et in Scuto Herc.,) vt ψ. 88 sqq., vt ω. 247 sqq. 602 sqq., *vt Odyss. ψ.* 310 *sqq., vt ω.* 24 *sqq.*"

Locos Eustathii huc spectantes supra p. 23 sqq. et 31 enotaui. Iam quidem multa in locis a *Wolfio* laudatis laudanda esse concedo, quum plerumque ibi aut versus mere homerici aut e variis compositi et ad imitationem temperati legantur, sed de vtroque loco omnino iam explicatius dixi.

Praetereundi sunt deinde loci, vbi diuersam rationem in conformandis sententiis, aut imitationem animaduerti posse docui; denique de quibus in Partis prioris capite I. similia commemoraui. Quamobrem pauci tantum supersunt, quorum mentionem facere possimus.

Quod omnibus carminibus, quae homericorum nomine ornantur, accidit, vt curis maxime diuersis maxime diuersorum hominum disponerentur et perpolirentur, qui vnice eo anniterentur, vt omnibus eandem conciliarent speciem et formam; hoc etiam huic extremae parti accidisse nemo negabit. In istis illorum

rhapsodorum, diasceuastarum, criticorum et grammaticorum curia et studiis multa periisse, quae originem accuratius prodere possent, si etiamnum adessent, verisimillimum puto. Quamobrem si vestigia prioris, vt ita dicam, recensionis et antiquioris lectionis adsunt, diligenter sunt notanda, ne deleantur.

Inprimis miror naeuos orationis non plane abstersos esse a manibus perpolientium in loco, qui, quanquam ad ὁμηρικωτέραν speciem redactus, tamen priorem et genuinam egestatem et ieiunitatem prodit.

Pag. 27 declaraui ab Amphimedontis vmbra tam obscure caedis procorum historiam narrari, vt qui eam supra non legerit hic intelligere nequeat; quod ibi respectu rerum dixi, iam ratione verborum et orationis probem. Iam quidem §. II h. c. cognouimus ingentem numerum versuum huius narrationis aliunde esse petitum; de his sermonem esse non posse patet. Sed ii versus, qui hisce annexi et cum iis commisti sunt animum oculosque in se conuertunt. Eius generis hoc est exemplum.

V. 151 sqq. ἔνθ' ἦλθεν φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο,
ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος ἰὼν σὺν νηῒ μελαίνῃ·
τὼ δὲ μνηστῆρσιν θάνατον κακὸν ἀρτύναντε,
ἵκοντο προτὶ ἄστυ περικλυτόν· ἤτοι Ὀδυσσεὺς
ὕστερος, αὐτὰρ Τηλέμαχος πρόσθ' ἡγεμόνευεν.

Praeterquam quod numeri horriduli neque satis molles sunt, hi versus eo quo nunc leguntur modo nihil habent, quo prae caeteris offendant. Olim vero eos aliter sese habuisse videmus e codicibus et Eustathio. Nam codex *Alteri* V. habet ἀρτύναντες, et pro v.

μνηστήρων μνηστῆρες. In Eustathii schol. p. 1955 l. 8 sqq. haec leguntur: Ἔνθα ἦλθε φίλος υἱὸς Ὀδυσῆος θείοιο ἐκ Πύλου, διεκφυγὼν μνηστῆρας θάνατον κακὸν ἀρτύνοντας τοῦτ' ἔστιν ἀρτύνοντας εὐτρεπίζοντας· καὶ Τηλέμαχος μὲν πρόσθεν ἡγεμόνευε κ. τ. ἑξ.

Haec quid sibi velint illis versibus ita scriptis, vti nunc leguntur, plane obscurum est. Ex hoc autem Eustathii loco et e vestigiis codicis V Vindobonensis clare apparet, olim eos ita fuisse scriptos,

Ἔνθ' ἦλθεν φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο
ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος· ἰὼν σὺν νηῒ μελαίνῃ·
τῷ δὲ μνηστῆρες θάνατον κακὸν ἀρτύναντες
ἵκοντο προτὶ ἄστυ κ. τ. λ.

Nam ita immutatis demum verbis paraphrasis et explicatio Eustathii non vesana, sed apta videri potest: „Tum venit Vlysses, tunc etiam Telemachus et deinde proci, qui Telemacho (prope Asterida) insidias struxerant, redierunt;“ cfr. rh. *Δ*. 842 sqq. coll. *Π*. 342 sqq. Perpoliens autem cura haec ad ὁμηρικωτέραν formam reuocauit.

Simili modo vsque ad v. 181 nemo commemoratur, nisi Vlysses, resedit vero in mente poetae historia necis supra enarrata, quam clara eloqui nesciuit; hinc factum, vt verba:

αὐτὰρ ἔπειτ' ἄλλοις ἐφίει βέλεα στονόεντα
ἄντα τιτυσκόμενος·

statim sequantur haec:

γνωτὸν δ' ἦν, ὅ ῥά τίς σφι θεῶν ἐπιτάῤῥοθος ἦεν.
αὐτίκα γὰρ κατὰ δώματ', ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ,
κτεῖνον ἐπιστροφάδην·

ita, vt vnde pluralis numerus aduenerit nemo intelligat, nisi iam cognita historia.

Ω. 445 sqq. in reliqua breuitate, quae res pene contorquet, Medo tam fuse garrit, vt v. 445 sq. deleri possint et tantum absit, vt res inde aliquid detrimenti

capiat, vt inde pulchrior reddatur oratio. Ita quoque iam *Ernestius* Tom. V. corrigend. et add. p. 46 de versu 533 ὥς φάτ' Ἀθηναίη κ. τ. ἑξ. vidit, commode eum abesse posse, quum languidiorem faciat orationem; est autem imitatione versus homerici expressus, vid. supra c. II §. 2 et c. III §. 2 huius partis II.

Caeterum omnino in posteriori parte rhaps. Ω. et sub finem oratio magis magisque marcescit, omnia leviter tantum et summatim breuiterque tangit poeta, breuitatis vsque ad ieiunitatem et obscuritatem studiosus, ita, vt verba Eustathii (p. 1962) vel maxime inuito in memoriam redeant: ὁ Ποιητὴς σπεύδει τελευτὴν ἤδη ἐπιθεῖναι εἷς ἐνταῦθα ποιεῖ. Cfr. *Schneideri* sententiam p. 10 sqq. adscriptam.

CAP. IV.

Postquam de oratione exposuimus ad *numeros* considerandos nos vertamus et de his nonnulla iam iis, quae hucusque disputauimus, addamus. Haec autem quaestio de numeris carminum homericorum ita comparata est, vt de ea nondum plane conuenerit. Nam *Wolfius* in Prolegomen. p. 137 sq. dicit: — „multo difficilius est in iis Carminibus, quae vnius vel duorum saeculorum spatio disiuncta, aequabili in vniuersum et ceteris simillima facie fallunt. *Quippe in vniuersum idem sonus est omnibus libris, idem habitus* sententiarum, orationis, *numerorum.*“, quibus verbis, quanquam circumspecte et sapienter addidit „*in vniversum*“, rem dubiam reddidit.

Contra *Hermannus* in dissertatione de aetate scriptoris Argonauticorum p. 687 de carminibus homericis

loquens ita statuit: „Illud contendo, in hac quaestione non negligendos esse numeros. Vt vno sed eo luculento vtar exemplo, quis *non mirum quantum* interesse sentiat inter numeros, qui sunt in XIII. libro Iliadis, et eos qui sunt in XXIII? Sed haec indicasse sat est.“ Idem Vir summus in eadem dissertatione p. 730 differentiae in numeris momentum criticum haud leue in diiudicandis quaestionibus de locorum quorundam Homericorum origine concedit, his vtens verbis: „Non dubito fore, vt ex huiusmodi obseruationibus, quae per se leues et parui momenti sunt, aliquando maior quidem fructus, praecipue in Homero, percipiatur. Veluti si in loco ob grauem caussam suspecto non modo talia occurrant, vt,

(Il. I. 699) ὁ δ' ἀγήνωρ ἐστὶ καὶ ἄλλως·
(ib. 700) νῦν αὖ μιν πολὺ μᾶλλον ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας·
(ib. 707) αὐτὰρ ἐπεί κε φανῇ καλὴ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς·

sed etiam numerus accedat, qualis his est,

(ib. 703) θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγῃ, καὶ θεὸς ὄρσῃ,
quis non huic quoque argumento, cum aliis quidem coniuncto, aliquid tribuendum esse fateatur?“

Spitznerus meus in dissertatione de productione breuium syllabarum caesurae vi effecta in versu graeco heroico, maxime homerico, p. 15, quae verba in libro de versu Graecorum heroico p. 15 repetiit haec obseruauit: „Huc accedit, quod praeclara antiquissimorum poetarum monumenta florentibus iam Graecorum rebus, et lingua ad altius maturitatis fastigium adducta collecta sunt, et nos ea insuper Grammaticorum elegantissimorum, qui omnem duritiem laeuigare, omnes naeuos abstergere studebant cura et opera perpolita habemus. Vnde apparet, nullum huic quaestioni detrimentum eo afferri posse, quod, quae Iliados et Odysseae partes recentiores, quae vetustiores sint liquido non constat; cum certum exploratumque sit, vtrum-

que poëma esse vetustum, vtrumque eorundem Grammaticorum et Criticorum opera castigatum, et forma, qua etiamnum tantopere placeat instructum."

At vero quanquam hoc verum est, tamen in *Hermanni* sententiam ita abeo, vt numeris eorumque rationibus momentum inesse putem, quod in iudicio de aliqua parte carminum homericorum faciundo negligi non possit, etiamsi verissimum sit innumeris curis haec carmina esse immutata, polita, turbata et iterum disposita atque laeuigata, et bene: „meminerim, quam pauci sint in Homero versus, de quibus certum quid pronunciari possit" quod monet *Hermannus* in Elementis doctrin. metr. p. 58.

---

§. I.

Iam vt pauca de numeris huius extremae partis subiiciam primum de caesura videamus. Antequam vero ad hanc et ad reliquas res cognoscendas progrediar moneam necesse est, siue rectius iam sua sponte patet, me quoscunque versus supra notaui ex aliis carminum homericorum partibus petitos aut imitatione expressos missos facere. Siue enim ii vere homerici, quid hoc verbo innuam constat, siue a seriore aliquo auctore inserti sint, et leuis notae macula iis inhaereat, hic de iis sermo esse nequit, nisi velimus de omnibus horum carminum partibus disputare, quod quam alienum sit et a viribus meis et a consilio in aprico est collocatum. Indicasse eos et breuiter de iis monuisse satis erit.

Caesuram trochaicam in pede tertio in versibus trecentis reperimus, ita vt, quum numerus omnium sit IↃCXXIIII, et octo versus in pede tertio nullam habeant, supersint trecenti sedecim, qui post primam

syllabam pedis tertii incidantur, et in sedecim igitur tantum versibus haec caesura prae illa trochaica praevaleat.

Quanquam autem nullo modo iis accenseri velim, qui vix ouum ouo similius esse, quam hexametrum hexametro, si modo sex pedes habeat, opinantur; tamen laborioso versuum computo, quem feci, et *Spitzneri*, qui eundem improbum laborem exantlauit, exemplo edoctus, hanc ob causam partem extremam Odysseae non lacesserem. Sed si vera sunt quae *Spitznerus* l. l. p. 9 monet: „Hesiodus, cuius numeri, siue poetae culpa, sine centonibus extrinsecus adsutis, siue denique librariorum incuria acciderit, ab Homericorum leuitate et elegantia mirum quantum distant, multo crebrius, quam exspectare par est, versus tales suppeditat", cfr. p. sq.; offenderet numerus versuum, qui in tertia sede non inciduntur. Octo esse supra dixi, iam indicem locos. *Ψ*. 361 *ἐπιτέλλω*, *Ω*. 155 *αὐτὰρ Τηλέμαχος*, 163 *καὶ ἐνισσόμενος*, 244 *ἀδαημονίῃ*, 270 *Ἀρκεισιάδην*, 339 *ὠνόμασας*, 463 *ἀνήϊξαν*, 542 *Λαερτιάδη*. *Spitzneri* diligentiam effugerunt *Ψ*. 361, *Ω*. 244, 270, 463, 542; caeterum de rationibus horum verborum in hac hexametri parte videas eundem l. l. p. 7 sqq., *Ω*. 542 etiam in aliis locis hoc modo legitur, cfr. supra p. 220.

Caesura trochaica in pede quarto vicies et semel, quod sciam, adest, *Ω*. 7, 51, 80, 114, 141, 142, 201, 227, 238, 350, 253, 323, 339, 370, 402, 426, 444, 461, 481, 524 et 525.

Hanc caesuram *κατὰ τέταρτον τροχαῖον* *Hermannus*, *Handbuch der Metrik* p. 127, de metris l. II. cap. 32, ad Orph. p. 692 sqq., et in Elementis doctrin. metr. p. 338 rarissimam esse dixit et causas, propter quas ita statuerit, addidit. *Spitznerus* l. l. p. 13 extr. dubitanter loquitur ea de re, sed vellem non ita disseruisset, ac si frequenter reperiatur haec caesura. Nam non

tam in anctoritate Viri summi acquiescens, quae gravissimi in me esse solet momenti, quam ipse, dinumeratis versibus, profiteor, me, si licet post tantam auctoritatem testari, hanc caesuram perraro tantum invenisse.

Quomodo ea mitigetur et numeri, quos infregit, corroborentur iam *Hermannus* ll. ll. docuit, eumque laudabili studio sequutus est *Spitznerus* l. l.

E locis a me notatis quinque aliunde petiti, cfr. p. 217, 218, 219, v. 141, 142, 370, 481, 525, hic quodammodo eximendi sunt, et e reliquis v. 250 propter interpunctionem respiciendus est.

Sed v. 444 scribe: *τάδε μήσατο ἔργα.* Haec enim lectio non solum grauissimis comprobatur testibus, verum etiam aliorum locorum exemplis, cfr. Il. *X.* 395, *Ψ.* 24, Od. *Ξ.* 243, et Il. *K.* 52:

τόσα γὰρ κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς,

ib. 289: *μάλα μέρμερα μήσατο ἔργα,*

Od. *Γ.* 261: *μάλα γὰρ μέγα μήσατο ἔργον.*

vt mittam *Ω.* 199, et, quem locum *Spitznerus* l. l. commemorauit, Il. *Ξ.* 253. Alterum quem idem innuit Il. *Z.* 157:

Προῖτος κάκ' ἐμήσατο θυμῷ,

Hermannum p. 694 ad Orph., Aristarchum, vsum homericum, et euphoniae leges sequutus lego ita:

Προῖτος κακὰ μήσατο θυμῷ.

Contra vero verba Od. *Ω.* 426:

ἦ μέγα ἔργον ἀνὴρ ὅδ' ἐμήσατ' Ἀχαιούς,

in ipsa difficultate, qua rite pronunciari possit vox aspirata *ὅδε μήσατ' Ἀχαιούς* et mobilitate, qua verba vulgari modo scripta cadunt, quum in hisce semper mobilem Graecorum linguam et os rotundum respicere debeamus et maxima cura cauere, ne quid hiulci et asperi iis obtrudamus, satis magnam tutelam inueniunt. De quo augmenti officio iam supra monui. Iisdem ar-

gumentis lites de multis vocibus dirimi possent. Ita in rhapsodiae Ω. v. 35 et 192. V. 35 varie a variis tentatus est, quippe quum alii praeeunte *Barnesio* ἥρεα ὀπίσσω alii ἥρα' ὀπίσσω legendum esse putarent. *Wolfius*, quod exspectari debuit, hic ἥρα' ὀπίσσω et v. 192 ἐκτήσω ἄκοιτιν rectissime dedit. In his ipsa res, opinor, loquitur non ἐκτήσα' ἄκοιτιν et contra ἥρω ὀπίσσω, neque vero ἥρω ὀπίσσω et ἐκτήσω ἄκοιτιν ad vnius normae seueritatem esse scribenda, sed molliorem sonorum modulationem, praeterea satis grauibus confirmatam testibus praeferendam esse.

De caesura in fine primae theseos, siue tertia in hexametro *Hermannus Handbuch der Metrik*, p. 125, et in Elementis doctrinae metr. p. 335, breuiter monuit, et supra p. 57 not. 13) eam tetigi, huc ablegans.

Caesurae, quarum sedecim constituit *Hermanni* acumen, maiorem habent vim et grauius momentum in hexametrorum conformatione et ratione, quam primo adspectu videri possit. Rectissime hanc vim vidit censor doctissimus carminis elegiaci, quod inscriptum est: *Rom, eine Elegie von August Wilhelm Schlegel*, Berolini. 1805. in Ephemerid. liter. Ienens. a. 1807 n. 12, p. 90, et his verbis declarauit: „— *das tiefere Geheimniss der glücklichen Caesuren und mannichfaltigen kleineren Einschnitte*“ etc., nemo vero, quod sciam, altius in hac vi eiusque ratione inquirenda progressus est. Sponte patet neque virium nostrarum neque huius loci esse explicatius ea de re dicere; sed quantae vtilitatis accurata huius rei inuestigatio, atque subtilis, docta et copiosa de ea disputatio foret, indicari et demonstrari non debet. Hanc ob caussam doleo *Spitznerum*, dum copias suas et materiem scribendi libri de versu Graecorum heroico colligeret, animum in hanc rem non vertisse.

Saepenumero duae caesurae vel plures sese inuicem respiciunt atque ita hexametri rationem consti-

tuunt. Ex harum genere praecipua est caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον. Habet ea magnam vim et in vniuersa numerorum ac modorum compositione et temperatione, et in singulorum pedum modulatione. Hoc vero eius momentum non solum in pedibus, qui eam sequuntur hoc est quarto et quinto conspicuum est; verum etiam in his, qui antecedunt, primum dico et secundum. In illis sequentibus v. c. rariores sunt numeri illa praegressa hi: ⏑ | — — — | , ⏑ | — — — | , ⏑ | — — — ⏑ | , ⏑ | — — | , ⏑ | — | — | , ⏑ | — | — — | , ⏑ — | — | — | , ⏑ | — | — — ⏑ | , ⏑ | — | — — — | ; frequentiores | ⏑ — — | , | ⏑ — — — | et | ⏑ — | — — | , sed vsitatissimi sunt numeri dactylici. Vnde elucet in Nonni numeris, in quibus haec caesura regnat, dactylorum copiam et hexametrorum inde ortam volubilitatem et mobilitatem miras videri non posse.

Contra in his antecedentibus pedibus, primo et secundo, eam vim habet haec caesura, vt in proxime praegresso, qui est hexametri secundus in vniuersum dactylus praeferatur. Augetur haec eius vis, si in primo pede dactylica vox praecessit; et accedente post hanc dactylicam pedis primi vocem caesura tertia, quae est in fine theseos primae, ita corroboratur et confirmatur, vt pene solemnis sit in pede secundo dactylicus numerus.

Interdum dactylicam vocem, in pede primo positam, sequitur spondeus in pede secundo, quanquam adest in tertio caesura trochaica; hoc autem plerumque tunc tantum fit, vbi aut sequitur illam dactylicam vocem verbum ὑπερδισύλλαβον, aut in parte posteriore meri dactyli, aut vbi vtrumque simul adest. Cauetur ita, ne nimia velocitate hexametri rationes verbis quasi volitantibus, pereant, et illa tarditatis grauitas, qua incedere debet, pessum detur. Exempla sunt

Il. *Δ*. 251 *ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν || ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγέ-*
νοντο,

Ib. *Δ*. 523 *κάππεσεν, ἄμφω χεῖρε || φίλοις ἑτάροισι πε-*
τάσσας,

El. 171 *Πάνδαρε, ποῦ τοι τόξον || ἰδὲ πτερόεντες ὀ-*
ϊστοί,

ib. 648 *Τληπόλεμ'; ἤτοι κεῖνος || ἀπώλεσεν Ἴλιον*
ἱρήν,

sic *Λ*. 315 et alii nonnulli.

Alterius generis sunt: Il. *Γ*. 84, Od. *Ω*. 57, Il. *Δ*. 267, *E*. 524, 723, 899, *K*. 482 etc.

Tales, quales sunt:

Il. *Δ*. 267 *ἔσσομαι, ὡς τὸ πρῶτον ὑπέστην καὶ κατένευσα,*
ib. *I*. 440 *νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο,*
ib. *Λ*. 824 *ἔσσεται, ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσιν πεσέονται,*

sunt rarissimi.

Omnino quidem praecedente dactylo, non solum dactylica voce, sed in vniuersum dactylico numero, in pede secundo frequentius poni solet dactylus et praeferri spondeo; sed ea res non tam facile constituitur, quam visum est viris quibusdam.

Censor enim elegiae *Schlegelii*, Romae nomine inscriptae, in Ephem. lit. Ienens. a. 1807 p. 91 dicit: „*So erlaubt sich Schlegel* d e m b e g i n n e n d e n *Hexameter* d e n *Rhythmus* d e s e n d e n d e n *zu geben: etc.; wenn aber gar der Pentameter mit diesem Rhythmus anfängt,*" etc. „*so wirkt diess auf unser Ohr sehr beleidigend, weil wir dieselbe Bewegung erst eben entlassen haben.*"

Censor libri, cui index est: *Bion's und Moschus Idyllen übersetzt und erläutert von I. C. F. Manso.*

Lips. 1807, in iisdem Ephemer. a. 1808 n. 14, p. 108 haec obseruauit: „*Das andere betrifft die im eben angeführten Hexameter vorkommende trochaische Caesur im zweyten Fusse nach vorherstehendem Dactylus, wodurch der Ausgang des voraufgegangenen Verses auf die unangenehmste Weise repetirt wird. Zwar hat Apollon. Rhod.* 3, 34.

εἰ δέ σοι αὐτῇ μῦθος ἐφανδάνει ἦ τ' ἂν
ἔγωγε etc.

dieselbe Caesur: wahrscheinlich ist aber nach einer gebräuchlichen Trennung dieser Pronominum (s. Matthiä's gr. Gramm. p. 177) εἰ δ' αὐτῇ σοι *zu lesen.*—“

Quem posteriorem locum respiciens *Spitznerus* in libr. de vers. Graecor. heroic. p. 9 sq.: „Iam vero“, inquit, „ex Homeri locis supra allatis intelligitur, quae vir doctus in Ephemeridibus literariis Ienensibus an. 1808. N. 14. p. 188 (l. 108) censuerit, poëtas epicos versum ne clausula antegressa legentium vel audientium auribus denuo obtruderetur, a dactylo cum spondeo coniuncto ordiri non amasse, ea a veritate et poëtarum vsu abhorrere. Qua opinione inductus in Apoll. Rhod. Argon. III, 34. εἰ δέ σοι αὐτῇ θυμὸς ἐπέσσυται, verbis transpositis: εἰ δ' αὐτῇ σοὶ θυμὸς ἐπ. legendum esse proponit. Sed cum non Homerus solum, verum etiam recentiores epicae poëseos cultores hoc versus initium haud grauatim passi sint, coniectura ista non opus est. Initio autem eius mensurae praefixo plerumque, vt in ipso Apollonii loco, tertius pes caesura vel trochaica, vel a voce monosyllaba proficiscente discernitur, nonnunquam autem quo loci Homeri allati magna ex parte referendi sunt, ea ipsa versus caret.“

Apollonii locus non mutandus est, causae adsunt multae, aliae in iam commemoratis aliae in infra commemorandis latent. Sed, vt hoc iam mittam, et illi et *Spitznerus* quodammodo recte viderunt. Causa autem,

quae constituit initium hexametri, inest in caesuris. Vidimus caesura *κατὰ τρίτον τροχαῖον* hexametrum seiungente praeferri in primo et secundo pede dactylos. Quando et cur interdum secus factum sit etiam dictum est. Praecipue id fieri diximus accedente caesura tertia. Caesura autem prima dactylum incidente — | ⏑ ⏑ saepe sequitur spondeus, quamuis deinde tertia sequatur v. c. Il. *Α.* 276 *ἀλλ' ἔα, ὥς οἱ πρῶτα* et 245, 437, 493, 520, *Γ.* 192, 365, *Δ.* 313, *Λ.* 765 etc.

Omnino enim post caesuram primam, numeri paullulum inhiberi solent, alioquin enim statim ab initio tam forti ictu introitum aperiente nimis festinarent. Inde factum est, vt tunc hi fere esse soleant numeri:

— | ⏑ ⏑ — — — ⏑

aut: — | — — ⏑ ⏑ — ⏑

aut: — | — — — — ⏑

Caesura secunda accedente id multo maiorem excusationem habet. Haec saepenumero cum quarta coniuncta facit, vt in pede secundo spondeus adsit; non minus, quam quarta, aut simplex, aut aliis iuncta hoc modo:

— ⏑ ⏑ — | — — ⏑

— ⏑ | ⏑ — | — — ⏑

— | ⏑ ⏑ — | — — ⏑

— | ⏑ | ⏑ — | — — ⏑

— | ⏑ | ⏑ | — | — — ⏑

— ⏑ ⏑ | — | — — ⏑

— ⏑ | ⏑ | — | — — ⏑

— | ⏑ ⏑ | — | — — ⏑.

Nolo nunc exemplis haec comprobare, quum nonnisi obiter omnem hanc rem tangere voluerim, et iam videam, me, quoniam in nostra parte nihil eius generis vidi, quod aut non homericis locis nitatur, aut tanti momenti sit, vt vim criticam ei tribuere possimus, iusto longius esse progressum.

§. II.

Transeamus ad quaestionem de productione breuium syllabarum.

Primum ν paragogicum in multis locis prohibet, quominus de productione cogitemus, ita Ψ. 317, φέρεν μεγάλα, Ω. 26 πολλοῖσίν τε, 134 ὅτε κέν μιν, 151 ἦλθεν φίλος, 161 ἔπεσίν τε, 222 εὗρεν Δόλιον, 240 ἐπέεσσιν πειρηθῆναι, 332 ἔλασεν σῦς, 366 λοῦσεν καί, 527 ἔδρεσίν τε, 538 οἴμησεν δέ. Versum 540, quemadmodum ex parte editiones priores praebent, ita scribam:

κὰδ δ' ἔπεσεν πρόσθεν Γλαυκώπιδος ὀμβριμοπάτρης.

Deinde in aliis locis, in quibus syllabae breues caesurae vi producuntur, defenditur haec productio eo, quod illi loci ex aliis carminum homericorum partibus petiti sunt.

Ita Ψ. 306 Διογένης, 342 ἔπος, ὅτε, vid. Spitzner. p. 65. Ω. 2, δὲ ῥάβδον, 47 et 55 ἀθανάτης, quibus similes sunt innumeri, 274 μέν οἱ, 322 ἐκεῖ ἐς πατρίδα, 347 ποτὶ οἶ Εἶλεν, 374 εἶδός τε μέγεθός τε cfr. Il. Β. 58, Odyss. Ζ. 152, Λ. 336, Σ. 249, 432 ἴομεν atque 482 ἐπειδὴ saepissime obuia pariter atque 543 ὁμοιΐου πολέμοιο. V. 494 Ὀδυσσῆα etiam aliunde petitus est; de hoc et reliquis locis supra notatis videas Cap. III, §. II. Ἐνὶ μεγάροις Ω.

129, 162; 187, 392, 412, quoniam pene solemnis est in hac formula productio non eget, exemplis, cfr. *Hermann.* ad Orph. p. 704.

Porro de vocibus χειρῖδας *Ω.* 230 et αἰγλῆ iam supra disserui; v. 508, qui legebatur: *Νηῦς δέ μοι ἕστηκεν* iam a *Barnesio* ita restitutus est ex Od. *Α.* 185:

Νηῦς δέ μοι ἥδ' ἕστηκε κτλ.

Ψ. 299: *Κατὰ μέγαρα σκιόεντα.* *Κατὰ* saepenumero arseos vi produci docuit *Spitznerus* l. l. p. 25; in eadem, quae hic legitur, loquutione producitur Od. *Α.* 334 [*K.* 479]. Eadem valent de *Ω.* 318: — ἀνὰ ῥῖνας; nam etiam eadem productione reperitur Od. *X.* 18.

Praeterea multae syllabae, quae hic productae sunt, in aliis locis in iisdem verbis producuntur.

Huius generis sunt:

Ω. 49 ὕδατί τε λιαρῷ cfr. *Hermann.* ad Orph. p. 710 et *Spitzner.* l. l. p. 39.

V. 262 ἐμὸν ἔπος. Syllaba — ον in adiect. neutr. gen. ante ἔπος producitur his in locis, quos addere potuisset *Spitznerus* p. 60, Il. *B.* 361, *H.* 375, *Ξ.* 212, *P.* 701, *Σ.* 324, *Ω.* 56, 75, 92, 224, 774, 767, Odyss. *Θ.* 358, et ἐμὸν ante ἔπος Il. *Θ.* 8, *Π.* 286.

V. 299 ποῦ δὲ νηῦς ἕστηκε. Alii ibi δὴ vel δαί; sed vide *Spitzner.* p. 37 sq.

V. 309 Ὀδυσσῆϊ Productione in datiuo tertiae declinationis nihil est frequentius, vide *Spitzner.* l. l. p. 42 sq. Vox Ὀδυσσῆϊ producitur Il. *Ι.* 180, Odyss. *Ε.* 233, *Ζ.* 248, *Υ.* 281.

Proxime ad haec accedunt παῖ, *Ω.* 192 et ἴσασι ib. 188. In illo *Spitznerus* l. l. p. 47 etiam interpunctionem, quae statim sequitur, mensurae defectum reparare dicit. Nominatiuus παῖς producitur multis in locis, cfr. *Hermann.* ad Orph. p. 706 et *Spitzner.* l. l. p. 51.

De hoc autem verbo ἴσασι paullo explicatius dicendum est. Ἴσασι saepenumero corripit primam, producit autem Il. I. 36:

Ἴσασ' | Ἀργείων ἡμὲν νέοι, ἠδὲ γέροντες,

et Ψ. 312:

Πλείονα | ἴσα | σιν σέθεν αὐτοῦ μητίσασθαι.

At vero in vtroque loco litera ι in arsi collocata est, hic autem in thesi:

Οὐ γάρ | πω ἴ | σασι φί | λοι κτλ.,

ita vt haec productio huic loco propria esse videatur. Sed non ita est.

Od. Ξ. 89 nunc legimus:

οἵδε δὲ καί τι ἴσασι, θεοῦ δέ τιν' ἔκλυον αὐδήν,

olim legebatur:

οἵδε δέ | τι ἴ | σασι, κτλ.

Videamus de hoc loco.

Eumaeus, ille fidus hero subulcus, Vlyssi personato coenam parauit, eumque vt edat hortatur, vv. 80 sqq.:

Ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τάτε δμώεσσι πάρεστιν,
χοίρε'· ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν,
οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσὶν οὐδ' ἐλεητύν,
οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,
ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.
Καὶ μὲν δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι, οἵτ' ἐπὶ γαίης
ἀλλοτρίης βῶσιν, καί σφι Ζεὺς ληΐδα δώη,

πλησάμενοι δέ τε νῆας ἔβαν οἶκόνδε νέεσθαι·
καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει.
Οἵδε δὲ καί τι ἴσασι, θεοῦ δέ τιν' ἔκλυον αὐδήν,
κείνου λυγρὸν ὄλεθρον, ὅτ' οὐκ ἐθέλουσι δικαίως
μνᾶσθαι, οὐδὲ νέεσθαι ἐπὶ σφέτερ' ἀλλὰ ἕκηλοι,
κτήματα δαρδάπτουσιν ὑπέρβιον, κ. τ. λ.

Eustathius habet οἴδε δέ τι ἴσασι, editt. vett. ἴσασσι et ἴσσασσι, quod eodem ducit, vnde igitur scribendum foret

– ∪ ∪ – –
οἴδε δέ | τι ἴ | σασι,

ita, vt ἴσασι etiam in thesi produceretur. Sed restat aliquid.

Eumaeus Vlyssi maxime deditus, quod erat eius odium in procos, qui illius bona deuorabant, facta horum mentione exacerbatus procos istos et eorum rationem agendi cum piratis confert. Sed hac comparatione instituta isti proci multo peiores fiunt, quam piratae. Hi enim compilata aliqua regione abeunt, interna quadam et quasi diuina voce moniti et Deos veriti, καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει. Iam vero subito memor, quam diu proci domum Vlyssis compilarint, quam diu bona eius deuorarint, efferuescens addit: *Isti* vero (proci) quid sciunt, quamnam diuinam vocem *isti* audiuerunt? — Illius, heri mei infelicis, mortem; hanc solam norunt, eamque cognitam habentes, multo peiores, quam piratae, non abeunt, sed continuo eius bona deuorare pergunt.

Scribas igitur:

v. 85 καὶ μὲν δυςμενέες καὶ ἀνάρσιοι κτλ.
88 καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει. —
89 οἵδε δὲ τί ἴσασι; θεοῦ δὲ τίν' ἔκλυον αὐδήν; —
90 κείνου λυγρὸν ὄλεθρον, ὅτ' οὐκ ἐθέλουσι δικαίως μνᾶσθαι, κτλ.

Cod. Vindobon. *Alteri* V habet οἶδε δ' ἔτ' ἴσασι κτλ.; LVI, οἶδε δέ τοι (sic) ἴσσασι κτλ.; Harleian. οἶδε δέ τι ἴσασι, quae quid innuant lectiones patet. *Barnesius* primus scripsisse videtur οἶδε δὲ καί τι ἴσασι, quae si quid bonae frugis praebent, ironice intelligenda sunt: *Die wissen auch etwas, die haben auch eine göttliche Stimme gehört*; sed in iracundum et feruidum Eumaeum haec non cadunt, neque cum antecedentibus congruunt.

Eustathius p. 1752 l. 43 sqq.: Σημείωσαι δ' ἐνταῦθα τὸ ἀκατάλληλον τῆς συντάξεως καὶ σολοικοειδὲς ἐν τῷ· „καὶ μὲν δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι," „καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος," ἐχρῆν γὰρ εἶναι κατὰ δοτικὴν πτῶσιν" καὶ μὲν δυσμενέεσσι καὶ ἀναρσίοις ὄπιδός ἐστι δέος. Μιμεῖται δὲ ὁ Ποιητὴς ἐνταῦθα θυμούμενον ἄνδρα τὸν Εὔμαιον καὶ μὴ κρατοῦντα τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου.

Vocem σολοικοειδής ex alio loco Eustathii ad Iliad. p. 219 l. 1 addidit Lexicis *Passouius*; post eius, *Stephani* et *Schneideri* curas adscribe iis, quae supra p. 39 notaui, haec verba, quorum, quod sciam, nondum facta est mentio:

Ἀβακοειδής, e Schol. Theocrit. ad *Eid.* IV. v. 61.

Ἀγκυροειδῶς, ex Erotian. Glossar. ed. *Franz.* p. 320. Adiectiuum *Stephanus* et *Schneiderus* annotarunt; nescio, quo casu *Passouius* ex hoc loco ἀγκιστροειδῶς commemorarit, l. l. p. 117, nam nulla ibi lectionis varietas, neque mutasse putandus est, quum p. 128 l. l. s. v. ῥυβδοειδής addiderit ἀγκυροειδής. Fortassis similitudo vocum erroris occasionem praebuit.

Ἀναντώδης, ab ἀνάντης der. lect. vulgar. retinenda apud Hesychium s. v. κνῆμαι.

Γερανώδης, e Phrynicho in Anecdot. graec. *Bekkeri* Tom. I. p. 31.

Ἐφυλώδης, ita explicat Lexicon S. German. rhetor. sophist. in *Bekkeri* Anecdot. gr. Tom. I. p. 457 vocem ἀσώδης in Aeschyl. Supplic. v. 32.

Θριγκώδης, Hesychius habet s. v. *αἱμασιά*.

Μαλακοειδής, auctores metrici veteres saepenumero hac voce vtuntur v. c. Herodian. ed. *Fur.* p. 78, 79, 88 et saep. Hephaestio ed. *Gaisford.* p. 184, Draco p. 141.

Μαλακώδης, Stephan. Byz. s. v. *Μονόγισσα*.

Μανδυοειδής, Eustath. ad Od. *N.* v. 224.

Ὀρώδης serosus Eustath. p. 1650 l. 40, formam duplici $\overline{\rho}$ scriptam Lexica habent. De ratione scribendi Eustathius p. 1626 in., p. 906 l. 58 sq., sed ib. l. 64: *καὶ ὅτι τοῦ ὁμηρικοῦ ὀροῦ οἱ μεθ᾽ Ὅμηρον ἐδίπλωσαν τὸ ἀμετάβολον.*

Ῥωχμώδης, Eustath. p. 1721 l. 7 edit. Rom.

Τετραγωνώδης, Schol. Dionys. Thrac. ap. *Villoison.* in Anecdot. graec. Tom. II. p. 178; formam —*οειδής* *Passouii* sedulitas ex Eustathio enotauit.

Ὑλώδης a *Schneidero* dubium habetur, sed temere. Inde formatum est *ἐφυλώδης*, vide supra; et certum est in Etymolog. Magn. s. v. *ῥῶπες*, Thom. Mag. p. 790 *Bern.*, Philostrat. vit. Apollon. l. VIII. c. 7, p. 546 *Olear.* Concedo, saepissime confusas esse voces *ὕλη* et *ἰλύς*, *ὑλώδης* et *ἰλυώδης*, sed interdum iusto cupidius loci mutati sunt et etiamnum mutantur, vbi propter significationis similitudinem *ὕλη* et *ὑλώδης* retineri possint. De qua similitudine vide *Hemsterhuis.* ad Aristoph. Plut. p. 408 sq., *Schaef.* ad Gregor. Corinth. p. 555, coll. Thom. Mag. p. 472 ibiq. not., *Triller.* Specim. Emendatt. Hesych. p. 15.

Πλιχώδης rectissime *Passouius* reddidit loco Erotian. p. 104, ipse ita conieceram, sed nunc vbi locum iam emendatum vidi, haec coniectura nonnisi eam vim habet, vt eo lubentius assentiar *Passouio*. Ex illo loco apparet locum Hesychii varie lacessitum, posse intactum linqui, aliam enim eandemque magis aptam sequutus est interpretationem, quam ea est, quam Epicles dederat; respicias verba Hippocratis, quae antecedunt.

Σηκαμοειδὴς, quod *Franzius* dedit, p. 546 in *σησαμοειδής* mutandum est, cfr. Dioscorid. IV. 151.

In Erotian. p. 520 ed. *Franz.* s. v. *Ῥοικώδη· ἁπλᾶ καὶ γαῦσα καὶ στρεβλὰ ἐκάλεσαν* scribe: *ἄττα καὶ κ. τ. λ.*

Μαροειδής, quae vox apud Erotian. p. 208 vulgo legitur, mutanda est. E codd. MS. St. et Chart. scribe: *κοιλότητες μακροειδεῖς — — παρ᾽ ἑκάτερον μέρος τῆς μήτρας*, cauernae oblongae ad vtramque partem matricis s. vteri, *längliche Höhlungen.* Sunt sine dubio, quae hodie vocantur, tubae Fallopii.

Φλενρδώδης est vox nihili, legitur in edit. *Franz.* Erotian. p. 380. Locus fortassis ita restituendus est:

Φλεδονώδεα) φλεδονώδη οὖν ἐκάλουν τὰ μετὰ φλυαρίας καὶ πνευματώδους ταραχῆς ἐκκρινόμενα. Ἄλλοι δέ φασι, μὴ δεῖν γράφειν φλεδονώδη, ἀλλὰ φλεγμονώδη (vulg. *φλεβονώδη*), *ὡς εἶναι τὰ μετ᾽ ἀλγήματος* (*φλεγμονῆς*) *οἰδήματα. οἱ δὲ τὰ μετὰ σφυγμοῦ* (*οἰδήματα*) *οἱονεὶ φλιδονώδη εἶναι* (vulg. *φλεβονώδη*). *Φλιδόνες* enim, hanc significationem Lexicis ex Hesychio adscribas, secundum nonnullos *σφυγμοὺς* indicant; — *ώδης* vti in *προςώδης* Galen. 550.

Quod si hic locus, Hippocrates enim (vti Erotianus queritur) non diserte declarauit, quodnam malum intelligendum sit, reuera eum Hippocratis locum respicit, quem Erotianus addit, de alia mutatione cogitari potest. Haec enim annectit Erotianus: *Ἔστιν οὖν τὰ ἐν κινήσει καὶ τινι ταραχῇ ὄντα· φλέβας γὰρ οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν, φησὶ γὰρ αὐτός* (Hippocratem intelligit)· „*Τὰ οὖν γινόμενα ῥίγεα μεθ᾽ ἡμέρην καὶ κατὰ νύκτα ἐπιπαροξυνόμενα ἀγρυπνίην ποιέει, καὶ τὰς φλέβας δονέει καὶ ταράσσει.*" *Φλέβας δὲ οὐ τὰς συνήθως καλουμένας, ἀλλὰ τὰς ἀρτηρίας ὠνόμασε, καὶ ὁ Δημόκριτος δὲ φλεβοπαλίαν καλεῖ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν.*

Hinc videtur vox adfuisse, quae a syllaba φλεβ — inciperet.

Galen. ad loc. Prorrhetic. l. III. tradit φλεβοιδόνας non φλεδόνας veteres dixisse τὰς φλυαρίας. Haec si vera sunt fortassis ita, emendandi ratione minus leni, sed, opinor, loco apta, scribendum erit:

Φλεβοιδονώδεα) φλεβοιδονώδη οὖν ἐκάλουν κ. τ. λ. — Ἄλλοι δέ φασι μὴ δεῖν γράφειν φλεβοιδονώδη, ἀλλὰ φλεβοδυνώδη, ὡς εἶναι τὰ μετ' ἀλγήματος (ὀδύνης) οἰδήματα· οἱ δὲ τὰ μετὰ σφυγμοῦ (οἰδήματα), οἱονεὶ φλεβοδονώδη εἶναι („τὰς φλέβας" i. e. arterias „δονέει" μετ' οἰδήματος, vnde — ώδης).

Vocabulum φλεβοιδὼν *Stephanus* et *Schneiderus* omiserunt et φλεβοδονώδης *Schneiderus*; habent auctor Prorrhet. l. III. et Galen. ad eund.

Addam verbum μελανειδέω e Galen. Glossar. p. 598 ed. *Franz.*

Sed tamen ad productionem redeamus.

Restant eae productiones, quae non quidem in iisdem verbis, sed in similium verborum iisdem syllabis apud Homerum deprehenduntur.

ψ. 361:

σοὶ δέ, γύ | ναι, τάδ' ἐ | πιτέλ | λω.

Spitznerus de versu Graecor. heroic. p. 80: „— ei simile Odyss. ψ, 361 — — vbi, nisi periculum esset, ne Homerico vsu serius sit, paruo negotio exarari posset ἐπιστέλλω." Hanc vocem in variis lectionibus ad hunc locum enotatam videmus. Ἐπι — simili modo saepe producitur, sed digna est, quam opponam, *Clarkii* obseruatio ad h. l.: „ἐπιτέλλω. Ita Vulgati. Quae si vera sit lectio, vox ἐπιτέλλω (vtpote ex duabus composita,) *secundam* producet eadem ratione ac παρειπὼν, διϊπετέος, ἐπιλίγδην et similia. Vide ad *Il.* ζ, 62; η, 121; π, 174; et ρ, 599. *Barnesius* autem ex duabus Editio—

nibus edidit, legendumque omnino contendit; ἐπιστέλλω· quam quidem vocem pro ἐπιτέλλω vsurpatam reperiri notat *Eustathius* ad *Iliad.* λ', 47." —

Ω. V. 7: — — ἐπ | εἴ κέ τις | ἀποπέ | σῃσιν. Vide *Clarkii* notas ad h. l. et Il. *A.* 398; atque quae affert *Spitznerus* p. 73 l. l.

V. 147: — ὑφήνα | σα μέγαν | ἱστόν. Cfr. *Hermann.* ad Orph. p. 701 sq., *Spitzner.* l. l. p. 39. *Barnesius* in variis lectionibus commemorat ὑφαινομένη, et eam praefert, sed vide *Clarkii* not. ad h. l.

V. 173: — ὁμοκλέο | μεν ἐπέ | εσσιν. Vide *Spitzner.* l. l. p. 41; caeterum inde etiam excusandum, quod *Φ.* 360 ὁμόκλεον ἐν μεγάροις imitatione quadam exprimere voluit poeta.

V. 285: — ἀμειψάμε | νος ἀπέ | πεμψεν. Cfr. *Hermann.* ad Orph. p. 714, *Spitzner.* p. 63 sq.

V. 308: — πέμπτον ἔτος. Simili modo ἐεικοστὸν ἔτος Il. *Ω.* 765, Od. *T.* 222 producitur.

V. 311: — ἔσαν ὄρνιθες. Quanquam non in eodem verbo, tamen in eadem similium verborum syllaba saepenumero — αν producitur. Vide *Spitzneri* libr. l. p. 55.

V. 354: ἐνθάδ' ἐπέλθω | σιν Ἴθα | κήσιοι.

Barnesius coniecit ἐπέλθωσιν ϝ' Ἰθακήσιοι; cfr. *Clarkium* ad Il. *A.* 51 et *Spitznerum* p. 48.

V. 465: οὐ γάρ | σφιν ἅδε | μῦθος.

Habuerunt hoc verbum et cognata verba, vti perhibent, digamma. In Quinti Smyrnaei l. XI. 66:

ἀλλ' οὔ σφιν ἐπὶ πῆμα θαλάσσια ἤρκεσεν ἔργα

Hermannus ad Orph. p. 715 mutauit οὔ σφιν, scribens οὐ σφῶν.

V. 532: ὥς κεν ἀναιμωτί γε διακρινθεῖτε τάχιστα.

In carminibus homericis semper producitur. Canonem affert Draco Strat. p. 37, p. 96, cfr. p. 112 et regul. prosod. ap. *Hermann.* de emend. rat. gr. gr. p. 448, et *Sturzii* Progr., quod inscripsit: Quinque orationes — a. d. XIIII. Sept. A. C. CIↃIↃCCCXIIII. habendas indicturus *de nonnullis Dionis Cassii locis tertium disputavit F. Guil. Sturzius.* Grimae. p. 6.

De versu 405:

νοστήσαντά σε δεῦρ' ἢ ἄγγελον ὀτρύνωμεν,

pariter atque de v. 407:

ὦ γέρον, ἤδη οἶδε·

in sequente paragrapho videbimus de hiatu loquuturi, vbi praeterea nonnullorum huius generis fiet mentio.

Denique in versibus Ω. 104 γάρ οἱ, 196 τῷ οἱ, 210 τοί οἱ, 274 μέν οἱ, 423 γάρ οἱ, qui praeterea multis homericis exemplis firmantur, post *Hermanni* ea de re monita nemo in productionum numerum referet.

Videmus igitur in productionibus breuium syllabarum, siue arsin siue thesin respiciamus, liberum vsum in hac parte satis angustis circumscriptum esse limitibus. Huius rei etiam alia indagauimus vestigia.

— ◡ ◡

Ω. 63 ἑπτὰ δὲ | καὶ δέκα

legimus, ita etiam nunc Od. Ε. 278:

ἑπτὰ δὲ καὶ δέκα μὲν πλέεν ἤματα ποντοπορεύων
ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἐφάνη ὄρεα σκιόεντα.

Sed editiones antiquiores pleraeque et codd. Vindobon. Alter. CCCVII (ἑπτὰ καὶ δέκα) et L cum CXXIII (ἑπτακαίδεκα), veluti Od. Ι. 242 τετράκυκλοι producitur, ἑπτὰ producunt. Contra vero hic, si illa lectio in illo

loco vera est, insertum est δὲ, vt productio breuis syllabae euitetur, quemadmodum in Batrachomyomachiae v. 258 τετράχυτρον corripitur, neque ad homericos illius vocis τετράκυκλον modulos cadit. *Τετράχυτρος* addatur Lexicis, quae nuperrime his verbis aucta sunt a *Spitznero* et *Friedemanno*, viris amicissimis.

Ω. 451: ἢ καὶ ἐς Ἤλιδα δῖαν, ita rectissime perspectis omnibus a *Wolfio* scriptum est, quemadmodum etiam in prioribus editionibus legitur. Idem versus eodem nexu adest in rh. N. 274 sq.:

τούς μ' ἐκέλευσα Πύλονδε καταστῆσαι καὶ ἐφέσσαι
ἢ εἰς Ἤλιδα δῖαν,

sed hic καὶ interpositum est, vti videri possit, studio declinandae productionis.

---

§. III.

His pauca annectam de hiatu.

Hiatus in vniuersa Odyssea rarior in quibusdam vocibus animaduertitur, quam in Iliade, siue ob deficientem illius Aeolicae literae vsum, cuius rationes, quantumuis turbarum haec litera fecerit, nondum prorsus explanatae sunt, siue ob deficientem licentiam vel seueriorem quandam consuetudinem et disciplinam poetarum ἀοιδὰς illas ad aliquam artis speciem condere et componere incipientium. Sed quum nos intra angustos limites cohibere nos debeamus, nonnulla tantum de hac parte, reliquis missis, proferre licebit.

Hiatum quidem in epicis Graecorum poetis *Hermannus* ad Orph. p. 720 eum tantum esse docuit, si vocabuli in vocalem exeuntis vltima syllaba ante vocalem, qua proxime sequens vocabulum incipiat, non sit in arsi, neque, si longa sit, corripiatur. Rem ita restrin-

gentes mittere possumus locos innumeros; alii sequuntur, in quibus οἱ speciem hiatus efficit, de qua re taceam; denique versus addi possunt iure meritoque, quicunque ex homericis aut integri aut ex parte expressi sunt; siue vbi hiatus exemplo homerico excusatur, qualis est v. 195 κούρῃ Ἰκαρίου cfr. Odyss. *Α*. 329, *Λ*. 446, *Π*. 435.

His ita expositis reliquos locos contemplemur:

Ω. 300: — ἑτά | ρους; ἢ | ἔμπορος | εἰλήλουθας;

ib. 405: νοστῇ | σάντά σε | δεῦρ', ἢ | ἄγγελον ὀτρύνωμεν,

ib. 407: ὦ γέρον, | ἤδη | οἶδε κ. τ. λ.

Ex iis, quae talem hiatum admittunt, eminet vox disiunctiua ἢ, et omnino vocalis η, cfr. *Spitznerum* p. 108 sq. l. l., tum in homericis tum in recentioribus carminibus prae reliquis vocalibus. Hac igitur re etiam |ἤδη| οἶδε excusatur; accedit, quod οἶδα οἶδε et similia toties hiatum patiantur, vt iis digamma praefixum esse crediderint; deinde vero etiam nonnihil excusationis eo comparatur huic hiatui, quod antecesserant quaerentis verba:

ἦ ἤδη σάφα οἶδε;

quibus redduntur totidem respondentis:

ὦ γέρον, ἤδη οἶδε·

quae propter aequabilem tenorem minus offensionis habent, quam si nude posita forent.

Caeterum *Ω*. 431 ἢ καὶ ἐς Ἤλιδα δῖαν, quem versum antecedente §. commemoraui, fortassis etiam studium vitandi hiatus proditur.

De Synizesi nihil notaui, quod offenderet.

Ω. 115 ἢ οὐ μέμνῃ, 247 οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασίη aut iisdem aut simillimis exemplis defenduntur, neque au-

diendi sunt, qui in posteriori versu haesitarunt, quemadmodum *Barnesius*. Videas *Clarkii* notam ad hunc locum et *Spitznerum* meum p. 181, 189 et praecipue 182.

V. 523 *καὶ βάλεν Εὐπείθεα*, et 90 *ἐτεθήπεας*, quae verissima est lectio, 534 *τεύχεα*, 337 *ἤτεον*, 323 *ἴσχεο*, 189 *ὠτειλέων*, partim iisdem, partim simillimis exemplis excusationem inueniunt. Cfr. *Clarkium* in notis ad hosce locos et *Spitznerum* l. l. p. 182 — 189.

Restituas synaloephen oraculo Delphico apud Tzetzam ad versum Lycophron. 494 p. 648 ed. *Müller.*, quod e Plutarcho et Schol. Euripid. et vestigiis in codicum lectione latentibus ita scribas:

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα μέγα φέρτατε λαῶν
Μὴ λύσῃς, πρὶν ἄκρον Ἀθηνέων εἰςαφικέσθαι.

Et in alio apud eundem p. 726:

Ἡρακλέα δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει·
Ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων, κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

Caeterum de v. *ἡμισέων* Eustathius haec monuit p. 1966 l. 34 sqq.: *ἡμίσεων οἱ πλείους. μάλιστα μὲν οὖν ἡμισέων, οὐ γὰρ ἀττικῶς ὁ ἥμισυς κλίνεται, ἵνα καὶ προπαροξύνωνται αἱ μετὰ τὴν εὐθεῖαν πλάγιοι κατὰ τὸ πῆχυς πήχεως πήχεων καὶ πέλεκυς πελέκεως πελέκεων.*

Sed hic pedem figamus, de aliis enim nihil habeo, quod moneri possit; correptio Attica singularis tunc demum adesset, si cum *Barnesio* et aliis legendum esset in versu 247: *οὐκ ὄχνη, | οὐ πρασί | η.* (— ◡ ◡ — ◡ ◡)

Reliquae ante *προ* et *προς* conspicuae homericae

sunt, quamobrem has etiam mittam. Haud enim diutius temperare mihi possum, quin his expositis appositam ornamenti et coronidis instar verba *Hermanni* ad Orph. p. 697 de productionibus et de hiatu ibid. p. 725, de vtraque re iunctim p. 688 sq.

P. 697 dicit: Progredior ad alterum, *quo numeros epicorum poetarum pro diuersis aetatibus differre* dixi: *productiones breuium syllabarum ob caesuram.* His constat nihil *apud Homerum* atque *Hesiodum* esse frequentius. Sed *haec ipsa nomina quum non vnam complectantur aetatem, in diuersis partibus diuersa ratio videtur obtinere, prouti quaeque pars maiorem habet licentiam. Nam quae sunt istius aetatis, quam H o m e r i d a r u m appellauimus i n h i s i a m n o n t e m e r e, s e d s i c, v t q u a m d a m q u a s i d i s c i p l i n a e r a t i o n e m a n i m a d u e r t a m u s, p r o d u c t i o n e s i s t a s v i d e m u s v s u r p a r i.*" His adiungam sequentia verba: „Sed haec amplius persequi non est huius loci. De illa enim aetate quaerimus, quae iam constitutam priorum exemplis atque auctoritate artem habuit. Haec igitur poetarum aetas quum longe parcius productionibus istis vteretur, his eas conditionibus admittendas putauit: *si Homeri Hesiodiue aut hemistichium, aut colon, aut phrasin, in qua esset huiusmodi productio, suis carminibus intexerent; si ante idem verbum, licet alio in vocabulo, productionem haberet Homerus vel Hesiodus; si productio esset in fine coli Homerici vel Hesiodei, quamquam id colon apud hos poetas, aliis sequentibus verbis, non haberet istam productionem; si phrasin Homeri vel Hesiodi, leui mutatione facta, veluti casuum, vnde productione ob caesuram opus esset, reciperent; si similes Homeri vel Hesiodi loquutiones productionem haberent; si productio esset in vocabulo quatuor aut plurium syllabarum, in quo ipso genere antiquiores poetae viam monstrauerant; denique interdum in propriis nominibus, vel ante haec.*"

De Hiatu p. 725 haec: — „ad epicos reuertar. *Horum antiquiores hiatum, quem ab Homero acceperant, ita retinuerunt, vt eum et parcius nec nisi in Homericis formulis admitterent.*“

Quae vbi contuleris cum iis, quae de numeris adspersimus videbis de alia aetate, quam de homerica hic esse cogitandum. Inprimis respicienda est nobis ea aetas, quae aeuum, vt breui defungar et vno nomine rem denotem, homericum proxime est sequuta. Sed quoniam paullo inferius sententiam meam explicatius eloqui velim, nunc in aureis *Hermanni* verbis e dissertatione celeberrima p. 688 sq. de hac aetate adscriptis acquiescam.

Ita igitur Vir summus: „Sequuta est hanc aetatem alia, quam Homeridarum vel rhapsodorum appellabimus. Habuit haec, pariter vt prior illa, vsum literae Aeolicae, retinuit eadem hiatus quosdam et productiones breuium syllabarum in caesura, sed hiatu multo parcius, quam Homerica aetas, vtitur, et sic fere, vt eadem exempla habeat, quae multo vsu prior illa poetarum aetas mollierat. Ab aliis licentiis abstinet.

Huius generis tum Iliadis et *Odysseae quaedam partes sunt*, tum Hymni Homerici, praeter hymnum Mercurii et paucos e breuioribus: item scutum Herculis, Hesiodo adscriptum.“

CAP. V.

His ita disputatis restat, vt de argumentis, quae nostrae disputationi opponi possint, de consilio et necessitate huius extremae partis, et de aetate et origine accuratius definienda pauca annectam.

---

§. I.

Iam quidem, quod ad primum horum attinet, opponi nobis possit, hanc extremam Odysseae partem nullo modo recentiori aeuo originem debere posse, quum multi versus ex ea petiti a satis antiquis scriptoribus commemorentur. Hoc verum quidem, sed vtut est, tamen ei inest cautio. Commemorantur sane multi versus ab antiquis, quorum breuem recensum demus; sed inde sententia nostra tantum abest, vt irrita reddatur, vt ne labefactetur quidem.

Sponte apparet Glossographorum, Scholiastarum, et Lexicographorum veterum hic nullam haberi posse rationem. Reliquos eosque antiquiores scriptores iam commemorarunt *Duportus* in Gnomologia Homeri, *Barnesius* et inprimis *Clarkius* in notis ad singulos versus, quos duces sequar.

Ψ. v. 310 sqq. tetigit incertus auctor *περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως*, vide supra pag. 16 extr.

Ω. v. 1 sq. affert Diodorus Siculus in Biblioth. Hist. Libr. I extr.

ib. v. 6 — 9 notat Plato de Republ. lib. III. p. 387 siue p. 262 edit. Bipont.

ib. v. 11 sq. explicare studuerunt Diodor. Sic. l. l. et Diogenes Laërtius, cfr. pag. 65 sq. huius libelli.

Versus 187 mentionem fecit idem incertus auctor, quem Ψ. v. 310 sqq. nosse modo vidimus.

Versum 227 Cicero innuisse putatur de Senectute c. 15 sub fin. siue §. 54, vbi dicit ab Homero Laërten colentem agrum et eum stercorantem introduci. Sed hoc ex parte tantum recte se habet. *Petrus Victorius* variarum lectionn. Libr. XXVIII c. 4 nonnulla hac de re monuit. Praeplacet Ciceronem hunc versum et Od. *P.* 297 sqq. miscuisse et confudisse memoria lapsum; μνημονικὰ enim ἁμαρτήματα non aliena a se fuisse ipse testatur ad Attic. l. XIII epist. 44.

Versus 253 et 254 innuunt Iulian. Orat. II. et Galen, de Sanit. tuend. V. 12 sub fin.

Versum 318 sq. commemorat Aristoteles Ethic. Nicomach. L. III. c. 11.

Versum 402 norunt Strabo Geograph. Lib. XIV p. 655 ed. *Casaub.* Tom. V p. 512 edit. Lips., et Macrobius Saturnal. Lib. I. c. 17 p. 297 edit. *Zeun.*

Aelianus Var. hist. l. XIII c. 14 omnem hanc partem innuit.

E quibus qui antiquiores sunt Plato et Aristoteles, quod ii hanc partem tanquam homericam tractant, et ex ea versus afferunt, nos nullo modo de re nostra anxios facere potest, quippe quum eam Platone et Aristotele longe multoque antiquiorem et iam dixerimus idque saepenumero et in ipso adeo dissertationis introitu, atque etiam mox dicemus. Neque credo Aristophanis Byzantini, Aristarchi et *Casauboni* sententiam eo spectasse, vt recentissimorum temporum centonem esse dicerent; sed sine dubio recentiorem tantummodo esse putabant, quam ea sunt, quae homerico aeuo orta esse perhibentur.

Quamobrem satis mirari vix possum, quo pacto *Popius* eo delabi potuerit, vt inde quod Plato, in loco

de republ. commemorato, nonnullos versus huius partis tetigerit praesidium ei oriri arbitraretur.

Haec enim ille in huius partis obtrectatores despiciens, et tacite eorum leuitatem cum Platonis auctoritate conferens p. 229: *I will only add,* that we may collected from Plato, that he judged *this book* (Ω) *genuine*, for he quotes this passage as Homer's. Vide paullo infer. §. seq. sub fin.

---

§. II.

Itaque progrediamur ad quaestionem de consilio et necessitate huius partis. Supra inde a pagina 16 vsque ad paginam 34 de singulis quasi membris eius disputaui, ibidemque monuisse mihi videor haec membra minime apta esse. Dixi ibi de repetitione et ἀνακεφαλαιώσει, per se quidem, si haec pars homericae esset originis, necessaria, cum iis vero, quae antecesserant, non congruente et importuna. Dixi de νεκυίᾳ, de inepta sermocinatione Achillis et Agamemnonis, quae profecto ab ingenio Homeri plane aliena videtur, quod nil molitur inepte, quum hic Agamemno sistatur Achilli in locis inferis post longum *decem annorum* spatium funera enarrans. Hoc loquitur poetam non tam maxima vbertate, vti Homerus solet, abundantem, quam materiem sibi cura studioque quaerentem. Demonstraui offendere Amphimedontis ἀναγνωρισμόν; viginti enim anni praeterlapsi erant, ex quo Agamemno eum non viderat. Proci autem non solum omnino dicuntur κοῦροι, sed etiam disertis verbis Amphimedo sese e numero aetate prouectiorum eximit vv. 159 sq.:

οὐδέ τις ἡμείων δύνατο γνῶναι τὸν ἐόντα,
ἐξαπίνης προφανέντ', οὐδ' οἳ προγενέστεροι
ἦσαν.

Adieci deinde nonnulla de ἀναγνωρισμῷ Laërtae, aliisque rebus.

Hic igitur solum de vniuersa hac parte et totius consilio sermo esse potest. Detracta et auulsa hac parte alicui videri posset, omnem Odysseam detruncari et eius rationem reddi imperfectam, et nobis anxiis et Vlyssi maxime timentibus quasi nondum finita fabula aulaeum subduci atque explicari.

Hae querelae non tantum possunt nobis superuenire, sed iam adsunt, et multa ex antiquioribus p. 21 notaui; e recentioribus *Popius* ita hac de re loquitur p. 221 not.

The same objection has been made against the two last books of the Iliad, as against these of the Odyssey; the former ought to have ended with the decisive action in the death of Hector and the latter with the discovery of Ulysses to Penelope, when his happiness seems to be established. But there is no weight in these objections. The re is a difference between the „unravelling of the action and the full „accomplishment of it;" the action is unravelled by the death of the suitors; but there are consequences arising from their deaths that hinder the accomplishment of the action, namely, the danger of the resentments of their friends, who rise in arms to revenge their slaughter; and till their insurrection is pacified, Ulysses cannot be said to be in a state of security. The subject of the Iliad is the anger of Achilles: that of the Odyssey, the re-establishment of Ulysses in his dominions: now the anger of Achilles ends not with the death of Hector, nor is Ulysses fully re-established by the death of the suitors; he has another obstacle to overcome, and till the commotions of the Ithacans are appeased, the design of the poem is not executed, which is to shew Ulysses in peaceful possession of his palace and authority. We see in this

very book, that Ulysses is forced to fly from his own palace; can he then be said to be re-established in tranquillity? This very action demonstrates, that what follows is part of the subject of the poem, and such a part, as, if it had not been related, would have given us room to have imaginated that Homer had never finished it, or that the conclusion of it had been lost. The beginning of the action is his sailing from Troy toward his country; the middle contains all the calamities he sustains in his return, the disorders of his family before and after it; and the end of the action is the re-establishment in the peaceful possession of his kingdoms, when he is acknowledged by his wife, father, family and subjects: now this is not compleated till the very end of the last book, and consequently that book is not spurious, but essential. The poet had ended very injudiciously, if he had stopped before; for the reader would have remained unsatisfied in two necessary points, viz. how he was made known of Laertes and what vengeance the chief families of the nation endeavoured to take against the destroyer of their sons; but this storm being once blown over, and all his subjects who had taken arms being either vanquished or appeased, the action is compleated in all its parts, and consummates the Odyssey."

Et pag. 261 dicit:

„It has been already observed, that the end of the action of the Odyssey is the re-establishment of Ulysses in full peace and tranquillity; this is not effected, till the defeat of the suitors friends: and therefore if the poet had concluded before this event, the Odyssey had been imperfect. It was necessary that the reader should not only be informed of the return of Ulysses to his country and the punishment of the suitors, but of his re-establishment by a peaceful possession of his

regal authority; which is not executed, till these last disorders raised by Eupithes are settled by the victory of Ulysses, and therefore this is the natural conclusion of the action.“

In quibus omnibus *Daceriam* sequutus est, quae pag. 287 sq. obseruauit:

„Le sujét du Poëme de l'Odyssée n' est pas seulement le retour d'Ulysse dans sa maison, mais le retour d'Ulysse rétabli dans son Palais, reconnu de toute sa famille, et en paisible possession de ses Etats, de sorte que l'Odyssée ne finit que par la paix rétablie dans Ithaque. *Comment a-t-on pû s'imaginer que ce Poëme étoit fini à ce vers?* Le Poëte auroit fait une faute considerable, et auroit laissé son ouvrage imparfait, car il est obligé par son sujet de nous faire voir Ulysse reconnu par son pere et il ne doit pas nous laisser dans l'incertitude de ce qui arriuera du ressentiment de tant de familles considerables dont les Princes avoient été tuez, après que le bruit de ce meurtre sera répandu. Car il a même exercité sur cela notre curiosité lorsqu' il a fait dire à Ulysse dans se même Livre, *Afin que le bruit de ce massacre ne se répande pas dans la ville avant que nous ayons le temps de nous retirer à la campagne. Là nous penserons plus à loisir à executer les bons conseils que Jupiter nous inspirera.* Ces paroles font entendre clairement que cette suite est une partie du sujet du Poëme, et si bien partie, que si elle manquoit, on seroit forcé de croire, ou qu' Homère n'auroit pas eu le temps de l'achever, ou que cette fin auroit été perduë. En un mot Ulysse de retour dans son Palais et réconnu par sa femme, est dénouement de l'action, et le reste en est l'achevement, car le commencement de l'action de l'Odyssée est ce qui arrive lorsqu' au sortir de Troye il prend le chemin d'Ithaque; le milieu comprend tous les malheurs qu'il a à soutenir,

et tous les desordres de son Etat; et la fin est le rétablissement de ce Heros dans sa paisible possession de son Royaume, où il est reconnu de son fils, de sa femme, de son pere et de ses domestiques. Le Poëte auroit fort mal fini s'il en étoit demeuré à la mort des Princes, ou au moment qu' Ulysse est dans son appartement avec Penelope, parceque le Lecteur avoit encore deux choses à attendre, comment il seroit reconnu par son pere, et quelle vengeance les familles et les amis de ces Princes prendroient de leurs meurtriers. Mais ce peril essuyé et tout ce peuple, qui a pris les armes, étant vaincu et pacifié, il n'y a plus rien à attendre, le Poeme et l'action ont toutes leurs parties et voilà l'achevement, qui finit et termine le dénouement. Homere acheve son Odyssée par l'accord que Minerve fait entre Ulysse et ses voisins, et la paix rétablie est l'unique achevement de ce Poëme."

Eadem addit pag. 333:

„C'est cette paix heureusement rétablie qui est la fin necessaire de ce Poëme; sans elle, il auroit été imparfait; il falloit que le Lecteur fût informé non seulement qu' Ulysse étoit de retour, et que les Poursuivans étoient punis, mais encore qu' Ulysse étoit rétabli dans la paisible possession de ses Etats, car le sujet de l'Odyssée n'est pas l'absence et le retour d' Ulysse, qui, après avoir puni les Poursuivans de tous les desordres qu'ils avoient commis dans sa maison, rétablit le calme et la tranquillité dans son Royaume."

Iam vero videtur *Wolfius* V. S. quodammodo eandem sententiam probasse. Nam in praefatione edit. 1795 sub fin.: „Iam vero Odysseam nobis compara", inquit. „In ea quod abundare, quod deesse videri possit, nihil est; et, quod est maximum, quocumque eam loco finieris, multum ad exspectationem legentis, plurimum ad integritatem operis desiderari sentias." Et

paullo superius notauit: „Verum Odyssea, vt dixi, longe etiam admirabilior est, in virtutibus illis compositionis, et numeris huius artis omnibus absolutior. Imprimis operis illius integritas tanta est, quantam vix vllum aliud epos habet.“ Multo distinctius sententiam eloquutus est in Prolegomen. p. 136: „Nam de Odyssea, quod volunt, plane efficiunt. In hac suus quemque sensus docet, si *extrema* illa deessent, sollicitos nos abituros esse de Vlysse, tantarum difficultatum victore, quandoquidem ei tum maxime metueremus a parentibus et cognatis caesorum 108 nobilium iuuenum, nisi amnestia et pax fieret deorum interuentu et subita μηχανῇ.“

Sed apponamus et in rem nostram adhibeamus eiusdem verba, quae addit l. com. p. 137: „Quid ergo, si *eam ipsam* partem cum aliis nonnullis, quibus iusta compositio Carminis carere nequit, Homeri non esse, sed ab aliquo ingenioso rhapsodo proxime insequentis aeui compositas, omnibus, quae in hocce genus rerum cadunt, argumentis doceri potest?“ Quibus apprime consentiunt, quae pag. 136 ibid. leguntur: „— aliquid dictum est ab iis, qui dubitationes attulerunt, nihil ab his, qui eas discutere volebant. Etenim illi inusitata Homero et ingenio eius indigna plura se in his duobus libris deprehendisse affirmabant, hi vel antiquitatem eorum et pulchritudinem probabant Virgilii et aequalium scriptorum auctoritate, (quasi non longe antiquiores, Plato et Aristoteles, eos pro Homericis laudarent,) vel necessitatem ad iustorum operum formam et mensuram implendam. Quod argumentum quale sit, facile apparet, pudetque nos, illud refellere. Eo enim nihil aliud docent, nisi quod ipsi parati essent, haec complementa addere, si nondum exstarent.“

Profecto illud argumentum de necessitate huius partis, ob integritatem carminis, ne aliquid desit, ita

est comparatum, vt a ne species quidem alicuius momenti ei concedi possit. Qui hoc nituntur, iis gratissimae esse debent poetarum cyclicorum curae; iis multum deesse videatur necesse est ad laudem Iliadis, quippe quae historiam belli Troiani solum ab ira Achillis (cum appendice) ad funus Hectoris contineat. Nam si eorum exspectationi satisfacere voluisset Homerus, ad internecionem Priami et Troianorum, Iliique excidium, quin imo, alioquin enim haud satis securi de Graecorum reditu forent, ad illud tempus, quo Graeci, ideoque etiam Menelaus post octo et Vlysses post decem annos reuersi fuerint, Iliacum carmen perducere debuisset.

De Odyssea autem poetae ita statuendum erat ex hac sentiendi ratione, vt ne hic quidem finem imponeret. Nam quisnam securos nos reddit de multis aliis periculis.

Ithacenses in gratiam redierant, sed quis de aliis aliarum regionum incolis aliquid perhibet? Ithaca enim parua et pene minima erat pars illius regni, cuius iuuenes proceres trucidarat Vlysses, quid igitur caeteri incolae reliquae eiusdemque longe maioris partis statuebant? Quamnam ob causam iter abest illud, quod perficiendum erat Vlyssi reduci ad homines, quibus maris et salis nulla notitia (Od. Λ. 122 sqq., Ψ. 269)? Cur nihil de morte Vlyssis, de qua haec pulchra Tiresias praedixerat Od. Λ. 134 sqq.:

> θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
> ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται, ὅς κέ σε πέφνῃ
> γήρα' ὕπο λιπαρῷ ἀρημένον· ἀμφὶ δὲ λαοὶ
> ὄλβιοι ἔσσονται·

quae εὐθανασία valde oblectasset, additum est? Aut si hoc nimium foret, laudem certe ab istis sibi poeta comparasset satis magnam, si reditum Vlyssis in vrbem, Laërten ex agro redeuntem, Vlyssem in regno

auito solemniter restitutum, gaudium et laetitiam omnium propter haecce facta cecinisset, et carmen suum his adauxisset.

Videmus igitur hoc argumentandi modo Odysseam extendi posse vsque ad illud tempus, quo Telemachus regni heres fiat, ne de hoc anxii decedamus. At vero tali carmine audito non delectati, sed ad nauseam vsque saturi poetam linqueremus.

---

§. III.

Superest igitur, vt de aetate atque origine huius partis accuratius definienda disseram.

Vidimus diuersam esse hanc partem et ab aliis horum carminum recedere rationibus aestheticis, archaeologicis, mythologicis, historicis, geographicis et chronologicis. Diuersa ibi esse formationem, flexionem, vsum et significationem verborum, modum struendi et formularum conformandarum, genus orationis et colorem, denique numeros. Plura notare potuissem et fortasse debuissem, sed de industria omisi, ne cupidus esse neue nimis acerbe omnia rodere videar. Silentio praeterii *χρυσόθρονον Ἠριγένειαν* Ψ. 347, quae ob Od. *X.* 197 sq. haud scio an non omnem notam effugere possit. Non haesi in eo, quod secundum rhapsodiae *Ω.* v. 208 sqq. Laërtes *ἐν οἴκῳ* et *δμῶες ἐν κλισίῳ* versari videntur, rhapsodiae *Λ* vero locus a v. 190 — 195 refert brumali tempore eum et seruos promiscue cubuisse, sed aestate sub dio in variis vineti locis. Neque *κακὸς δαίμων* v. 149 moram fecit, neque vsus manicarum v. 230. *Casaubonus* quidem in Annotat. in Athenaeum lib. XII. c. 3. negat earum vsum cognitum fuisse veteribus. Sed

errat ille vir, videas v. c. *Meursii* notas ad Lycophronis v. 1099. De vsu earum antiquissimo illo et homerico aeuo cognito, non habeo, quod proferam. Vsum earum varium in sagittando, lauando, et depsendo notarunt Eustathius p. 1560 l. 2 sqq., Athenaeus l. l. aliique. Neque vero ad vers. Ω. 73 substiti, vbi ossa Achillis οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ posita esse dicuntur in quo neque Hectoris neque Patrocli condita esse narrantur; hic vero ritus ab illo, quem ibi deprehendimus pari modo recedit, quo alicubi sacrorum faciundorum.

Quae quidem omnia silentio praeterii, quum iam aliis argumentis, iisdemque grauioribus diuersam rationem et conditionem monstratam esse putem.

Iam quidem si diuersa est haec pars et ab Homericis discrepat, neque icciroo eodem aeuo, vt plane praeteream verba eodem auctore, orta est, aut prioris et antiquioris aut serioris et recentioris originis, quam carmina Homerica esse potest. Antiquiorem non esse patet. Est igitur recentior. Recentiori autem aeuo eam ortam esse, quam Homerico, respectu rerum habito, inprimis rationibus mythologicis, historicis et geographicis docetur. Quis enim verbi causa Mercurium iam antiquissimo aeuo ψυχοπομπὸν habitum fuisse putet, quum Pindarus veritus sit eum hoc munere fungentem carminibus suis introducere, atque ipsum Ἅιδην Olymp. IX. v. 50 sqq. scipione (ῥάβδῳ) mortuorum animas compellentem et deducentem sistat. Hoc enim non mero rerum nouarum studio factum esse et ita explicari posse puto.

Recentiorem igitur originem μύθων mutatio et amplificatio, aucta terrae cognitio produnt. Ingenium et orationem paullo magis adoleuisse monstrant vsus et formatio quorundam verborum, notiones mente ac ratione abstractae hic frequentiores, et compositorum

rationes. Denique accedunt numeri, studium productiones breuium syllabarum et hiatus euitandi.

Quae si respicio cuncta, me eo adactum esse sentio, vt putem post tantum fere temporis spatium, quo Odysseae origo, de maiore parte tantum sermonem esse patet, ab ea Iliaci carminis distet, hoc est, si quid certi in hisce tenebris diuinando assequi quisquam potest, post plures demum hominum aetates et γενεάς hanc extremam Odysseae partem inuitante ipso argumento esse ortam. Tempore igitur, quo poesis e natiua libertate in angustioribus limitibus circumscriptam artis rationem abire coepit. Hoc aeuo non tam efferuescentis ingenii vbertas, quam studium et cura conspiciuntur, eruditionis et doctrinae specie quadam temperata; quum poetae carmina homerica exemplaris instar imitarentur et eorum vestigia premere studerent, ita, vt ingenii locum pene disciplinae forma quaedam et exercitatio obtinere coeperint.

Itaque originem extremae huius partis assignamus illi aeuo, quod homericam aetatem proxime sequebatur, Homeridarum dico et Rhapsodorum; ita tamen, vt eam priorem, quanquam haud ita multo priorem esse putemus, quam hymnum homericum in Mercurium, et quasdam partes, easdem vero perbreues et paucas carminum hesiodeorum, quum reliquae antiquiores sint, quam haec Odysseae pars.

De hac aetate eiusque studiis *Hermannus* in praefat. edit. Hymnor. Homer. p. VII ita loquitur: „Rhapsodi siue Homeridae quum discendis recitandisque Homeri carminibus multum artis poeticae vsum consequuti essent, si quid ipsi componerent, triplici maxime ratione vtebantur. Aut imitabantur Homerum, aut ab Homero dicta copiosius persequebantur aut carmina eius interpolabant. Atque imitatio quidem non in simili quadam rerum tractatione et conformatione dictio-

nis consistebat, sed eo vsque progrediebatur, vt et versus integros et locos insignes ex Homeri carminibus depromere in magna laude poneretur. — — Atque imitationis luculentum cernitur documentum in principio octaui libri Iliadis, in quem locum plurima congesta sunt, quae Homerus vel alius poeta (Homerus enim de duobus is est, qui est antiquior) aliis in locis aptius et maiore cum vi posuerat."

Vtrum vni auctori an pluribus hanc partem debeamus quis hodie definiat? Ingenii diuersi esse quosdam versus et diuersorum curas animaduerti posse in variis vidisse mihi videor.

Accuratius qui aliquid ea de re definire et statuere vellet, haud scio an optaret potius et hallucinaretur, quam doceret. Caeterum credo, quod iam dixi, Aristophanem Byzantinum et Aristarchum antiquam famam esse sequutos, et verissima esse *Wolfii* verba Prolegom. p. 116: „— illorum autem veterum disputationes parum fideliter nobis traditae: nam eos historicis rationibus et antiqua fama ad confirmandam rem vsos esse verisimillimum est."

Peruenimus ad finem, cui annectam verba *Wolfii* quae in initio erant collocanda, quum ea meo vsui accommodare verear. Ita ille Vir summus in praefat. edit. 1795 s. fin.

„Quodsi *in posterioribus* horum Carminum *rhapsodiis insunt vestigia, quae satis arguant, non eiusdem eas vatis esse, qui priores panxit; si ingenii, si dictionis, si ceterarum rerum differitas pro illa priscae poesis consuetudine* talis est et tanta, quae monstrata agnoscatur ab iis, qui huic subtilitati notandae tritas aures adhibent; si tum in mediis operibus, *tum maxime in extremis illae partes, quibus summa artificiose* completur, *aliis auctoribus assignabuntur*, quam ei,

cui nunc summam hanc tribuimus: rem confectam haberi oportebit et bona verba leniter cessatum ducentur."

— *Τὰ δ' ὄπισθεν ἀρεσσόμεθ', εἴ τι κακὸν νῦν εἴρηται· τὰ δὲ πάντα θεοὶ μεταμώνια θεῖεν.*

INDEX

INDEX AUCTORUM

QUORUM LOCI EMENDANTUR, EXPLICANTUR, VINDICANTUR.

INDEX GRAECUS.

VOCES NOTATAE ASTERISCO A LEXICIS GRAECIS, HOC SIGNO † A LEXICO SCHNEIDERI ABSUNT, SIVE DUBIAE FIDEI EI VIDENTUR.

A.

τὰ διὰ τοῦ ιον οὐδέτερα μονογενῆ τρισύλλαβα μὴ ὄντα ὑποκοριστικά, εἰ ἔχει τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους, ἤτοι τὴν παραλήγουσαν, φύσει μακρὰν διὰ τοῦ ι ἐκφερομένην, ἢ μόνου ἢ σὺν ἑτέρῳ φωνήεντι, προπαροξύνεται — σπάνια δὲ τὰ παροξύτονα ὡς τὸ ἡνίον (ἰνίον).

Iam vero, quemadmodum εἴριον scribendum esse vterque statuit contra morem et

INDEX

LATINUS ET RERUM.

N.

O.

P.

R.

S.

EMENDANDA.

P. 24 l. 15 lege: X. P. 25 not. 27 pro X 621 — A. 571 l. Δ 627 praecip. B. 370. P. 31 l. 22 l.: audientium. P. 34 l. 3 l.: Ὢς, ib. l. 10 exciderunt verba: et vberiore oratione. P. 42 l. 3 l.: protulerint. P. 54 l. 24 l.: illic. P. 56 l. 7 l.: quum. P. 60 l. 2 l.: sane mireris. P. 71 l. 4 l.: quia. P. 74 l. 6 post ἢ excidit: ante. P. 77 l. 16 l.: φιλοτιμότερον. P. 79 l. 31 l.: Hygin. P. 90 l. 31 l.: transducere. P. 116 l. 3. l.: ναυτίλος. P. 121 l. 27 l.: penultimam. P. 138 l. 9 l.: habeat. P. 203 l. 29 l.: κληῖσαι. P. 208 l. 27. ἔῤῥιψε.

Indici Auctorum adscribe: Scholia Nicandri 274. Scholia *Villoison.* 277.

LIPSIAE

IMPRESSIT BENEDICTVS GOTTHILF TEVBNER.

Libri

Libri sequentes librariae *Weidmanniae* Lipsiae sumtibus sunt editi coemtive pretiisque quae indicavimus venduntur.

Aeschyli Dramata, quae supersunt, et deperditorum Fragmenta. Graece et Latine. Recensuit et brevi annotatione illustravit Frid. Henr. *Bothe*. 8 maj. 1805. charta impress. 2 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. 4 thlr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 6 thlr.
Anacreontica. Graece. Recensuit notisque criticis instruxit Frid. Henr. *Bothe*. 8 min. 1805. charta anglica. 16 gr.
* — — Idem liber, charta pergam. (Velin.) 1 thlr. 4 gr.
Appiani, Alexandrini, Romanarum historiarum quae supersunt. Novo studio conquisivit, digessit, ad fidem codicum manuscriptorum recensuit, supplevit, emaculavit, varietatem lectionum adiecit, latinam versionem emendavit, adnotationibus variorum suisque illustravit, commodis indicibus instruxit Ioannes *Schweighäuser*. III Voll. 8 maj. 1785. 11 thlr.
Aristophanis Comoediae, auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Phil. *Invernizio*. Accedunt criticae animadversiones, scholia graeca, indices et virorum doctorum adnotationes. Vol. I. et II. 8 maj. 1794. 4 thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, Vol. I. et II., charta belgica opt. 7 thlr.
— — Idem liber, Vol. III. IV. V. et VI. Commentarios interpretum complexum Vol. I. II. III. et IV. Curavit Christ. Dan. *Beckius*. C. tab. aenea. 8 maj. 1809—1816. Charta script. 14 thlr. 16 gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 25 thlr. 16 gr.

Etiam sub titulo:

Commentarii in *Aristophanis* Comoedias. Collegit, digessit, auxit C. D. *Beckius*. Vol. I. II. III. et IV. Prolegomena. Commentarii in Plutum, Nubes, Ranas, Aves, Equites et Pacem. Cum tabula aenea. 8 maj. 1809—1816.
Aristophanis Nubes, graece et latine, cum scholiis graecis et animadvers. illustravit T. C. *Harless*. 8 maj. 1788. 1 thlr. 8 gr.
Arriani Epictetus, vid. *Epictetus*.
Bastii, Frid. Iac., Epistola critica ad virum clariss. J. F. *Boissonade*, super *Antonino Liberali*, *Parthenio et Aristaeneto*. Cum *Auctoris* emendatt. et additamentis manuscriptis e lingua Gallica in Latinam versa a Car. Alb. *Wiedeburg*. Cum tab. aeri incisa. Accedit Appendix, quam ex schedis *Bastianis* partim latine vertit cumque suis notis et indicibus edidit G. H. *Schäfer*. 8 maj. 1809. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 20 gr.
— — Idem liber, charta meliori. 2 thlr. 4 gr.
* — — Idem liber, charta membran. (Velin). 2 thlr. 20 gr.
Benedicti, M. Traug. Friderici, Commentarii critici in octo *Thucydidis* libros. 8 maj. 1815. Charta impressoria. 1 thlr.
— — Idem liber, charta scriptoria gall. 1 thlr. 6 gr.
Bos, Lamberti, Ellipses graecae. Cum priorum editorum suisque observationibus edidit Godofr. Henr. *Schäfer*. 8 maj. 1808. charta impr. 3 thlr. et 3 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. 4 thlr. 12 gr.

Demosthenis Oratio de Corona, quam denuo recognovit et cum *Joa. Taylori*, H. *Wolfii*, I. *Marklandi*, I. *Palmerii*, I. I. *Reiskii* suisque animadversionibus auctioribus iterum edidit Gottl. Christoph. *Harlefs*. 8 maj. 1814. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr. 6 gr.
* — — Idem liber, charta pergam. (velin.) 3 thlr. 8 gr.
* *Dionysii*, Halicarnassensis, Opera omnia, graece et latine. Cum annotationibus Henr. *Stephani*, Frid. *Sylburgii*, Franc. *Porti*, Isaaci *Casauboni*, Fulvii *Ursini*, Henr. *Valesii*, Io. *Hudsoni* et Io. Iac. *Reiske*. VI Tomi. 8 maj. Lipsiae 1774—1777. 16 thlr.
— — de Compositione verborum Liber. Recensuit ac priorum editorum suisque notis adiecit Godofr. Henr. *Schäfer*. Accedunt *eiusdem* Meletemata critica in *Dionysii* Halic. artem rhetoricam. 8 maj. 1808. Charta impress. 3 thlr.
— — Idem liber, charta script. gallica. 4 thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (Velin). 6 thlr. 16 gr.
Eichhorn, Io. Godofr., antiqua historia ex ipsis veterum scriptorum Graecorum narrationibus contexta. IV Tomi. c. Indd. 8 maj. 1811—13. 10 thlr. 8 gr.

Etiam sub titulis sequ. separatim venduntur:

Eichhorn, Io. Godofr., antiqua *Asiae* historia, ex ipsis vet. script. Graecorum narrationibus contexta. 8 maj. 1811. 2 thlr. 12 gr.
— — antiqua *Africae* historia etc. 8 maj. 1811. 1 thlr.
— — antiqua *Graeciae* historia etc. 8 maj. 1811. 1 thlr. 20 gr.
— — antiqua *Italiae* historia etc. Pars I. 8 maj. 1812. 3 thlr. 3 gr.
— — antiqua *Italiae* historia etc. Pars II. 8 maj. 1813. 1 thlr. 21 gr.
Epicteti Dissertationum ab Arriano digestarum libri IV. Eiusdem Enchiridion et ex deperditis sermonibus Fragmenta. Post Io. *Uptoni* plerumque curas denuo ad Codicum Msptorum fidem recensuit, latina versione, adnotationibus, indicibus illustravit Io. *Schweighäuser*. III Volumina. 8 maj. 1799. 12 thlr.
* — — Idem liber, charta belgica. 20 thlr.

Etiam sub titulo:

Epicteteae Philosophiae Monumenta. III Volumina. 8 maj.
(Videatur *Simplicii* Commentarius in Epicteti Enchiridion.)
* *Homeri* Carmina cum brevi adnotatione. Accedunt variae Lectiones et Observationes veterum Grammaticorum cum nostrae aetatis Critica. Curavit C. G. *Heyne*. Tom. I—VIII. quibus continentur *Ilias*, graece et latine, et variae lectiones et observationes in Iliadem, cum ornamentis XXVIII, aeri incisis, et V Speciminibus Codd. MSS. 8 maj. 1802. charta script. 30 thlr.
* — — Idem liber, charta belgica opt. 50 thlr.
— — Idem liber, sine ornamentis, charta impress. 20 thlr.
* *Homeri* Ilias cum brevi annotatione curante C. G. *Heyne*. II Tomi. 8 maj. 1804. charta belgica opt. 10 thlr.
— — Idem liber, charta scriptoria. 6 thlr.
— — Idem liber, charta impr. 4 thlr.
Homeri Hymni et Batrachomyomachia. Graece et Latine. Recens., varietate lectionis instruxit et interpretatus est Aug. *Matthiae*. Cum *eiusdem* animadversionibus. 2 Voll. 8 maj. 1800. 5. 2 thlr. 22 gr.
— — Idem liber, charta scriptoria. 3 thlr. 22 gr.
Homeri Hymni et Epigrammata. Edidit Godofr. *Hermannus*. 8 maj. 1806. Charta impress. 1 thlr. 4 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 1 thlr. 12 gr.
* — — Idem liber, charta membran. (Velin). 2 thlr. 6 gr.

Homeri Hymnus in Cererem; ad Codic. Moscov. denuo coll. recensuit et animadvers. illustravit Christ. Guil. *Mitscherlich*, 8. 1787. 20 gr.

Hoogeveen, Henrici, Doctrina particularum linguae graecae. In epitomen redegit Chr. Godofr. *Schütz*. Editio secunda, auctior et emendatior. 8 maj. 1806. charta impr. 2 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta script. 2 thlr. 18 gr.

Isocratis Panegyricus, recensuit, animadversionibus illustravit D. S. F. N. *Morus*, Editio tertia auctior. 8 maj. 1804. 16 gr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 1 thlr.

Memnonis historiarum Heracleae Ponti excerpta servata a *Photio*. Graece. Cum versione latina Laur. *Rhodomanni*. Accedunt Scriptorum Heracleotarum, *Nymphidis*, *Promathidae* et *Domitii Callistrati* fragmenta, vett. historicorum loca de rebus Heracleae Ponti et *Chionis* Heracleotae quae feruntur epistolae, cum versione lat. Io. *Caselii*. Omnia collegit, disposuit, recognovit, notis priorum interpretum integris aliorumque et suis illustravit et indicem adiecit Io. Conr. *Orellius*. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 18 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr.

* — — Idem liber, charta meliori. 2 thlr. 8 gr.

Platonis Leges et Epinomis. Emendavit et commentario instruxit Dr. Fridericus *Astius*. II Tomi. 8 maj. 1814. Charta impress. 5 thlr.

— — Idem liber, charta script. gall. 6 thlr. 12 gr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 10 thlr.

* *Plutarchi*, Chaeronensis, quae supersunt, omnia. Graece et Latine, Principibus ex editionibus castigavit, virorumque doctorum suisque annotationibus instruxit Io. Iacob. *Reiske*. XII Volumina. Cum ornamentis aeri incisis. 8 maj. 1774 — 1782. 40 thlr.

Polybii Historiarum quidquid superest. Recensuit, digessit, emendatiore interpretatione, varietate lectionis, adnotationibus, indicibus illustravit Io. *Schweighäuser*. Tom. I — VIII. P. IIda. 8 maj. 1789 — 95. 27 thlr.

* — — Idem liber, charta belgica opt. 45 thlr.

Reisigii, Caroli, Coniectaneorum in *Aristophanem* Libri II ad Godofredum *Hermannum*. Lib. I. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 1 thlr. 12 gr.

Sapphus, Lesbiae, Carmina et Fragmenta. Recensuit, commentario illustravit, schemata musica adiecit et indices confecit Henr. Fr. Magnus *Volger*. 8. 1810. Charta script. 1 thlr.

— — Idem liber, charta meliori. 1 thlr. 6 gr.

* — — Idem liber, charta membran. (Velin). 1 thlr. 16 gr.

Simplicii Commentarius in Epicteti Enchiridion. Accedit Enchiridii Paraphrasis christiana et Nili Enchiridion. Graece et Latine. Omnia ad veterum Codicum fidem recensuit et varietate lect. brevibusque notis illustravit Io. *Schweighäuser*. II Tomi. 8 maj. 1800. 6 thlr.

* — — Idem liber, charta belgica opt. 10 thlr.

Etiam sub titulo:

Epicteteae Philosophiae monumenta. Vol. IV et V.

(Videantur *Epicteti* Dissertationes ab *Arriano* digestae.)

Socratis et Socraticorum, *Pythagorae* et Pythagoreorum quae feruntur Epistolae. Graece, Ad fidem Codicis quondam Helmstadiensis, nunc Goettingensis, recensuit, notis *Allatii*, *Stanleii*, *Olearii*, *Hemsterhusii*, *Valkenarii*, *Koenii*, *Wyttenbachii*, Ch. *Wolfii*, H. *Bremii* aliorumque et suis illustravit, versionem lat. emendat. *Allatii*, *Pearsonii*, *Olearii*, *Bentleii*, *Meinersii*, dissertationes et

iudicia de epist. Socraticis et indicem adiecit Io. Conr. *Orellius.* 8 maj. 1815. Charta impr. 2 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 3 thlr.

* — — Idem liber, charta meliori. 3 thlr. 12 gr.

Etiam sub titulo:

Collectio epistolarum graecarum. Graece et Latine. Recensuit, notis priorum interpretum suisque illustravit Io. Conr. *Orellius.* Tom. Imus, continens epist. Socraticorum et Pythagoreorum. 8 maj. 1815.

Sophoclis Oedipus Rex, graece et latine, e recensione *Brunckii,* annot. perpetua illustravit C. T. *Kuinoel.* 8. 1790. 20 gr.

Sophoclis Dramata, quae supersunt, et deperditorum Fragmenta. Graece et Latine. Denuo recensuit et Rich. Franc. Phil. *Brunckii* annotatione integra, aliorum et sua selecta illustravit Frid. Henr. *Bothe.* II Voll. 8 maj. 1806. Charta impress. 6 thlr.

— — Idem liber, charta script. gallica. 8 thlr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 12 thlr.

Sophoclis Aiax Lorarius. Graece. Cum scholiis et commentario perpetuo edidit Christ. Aug. *Lobeck.* 8 maj. 1809. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.

— — Idem liber, charta script. 2 thlr.

* — — Idem liber, charta membran. (Velin.) 3 thlr.

Spitzner, M. Franc., de Versu Graecorum heroico, maxime Homerico. Accedunt *eiusdem* Mantissa observationum crit. et grammaticarum in *Quinti Smyrnaei* Posthomericorum libros XIV. et M. Frid. Traugott *Fridemanni* Dissertatio de media syllaba pentametri Graecorum elegiaci. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.

— — Idem liber, charta script. 2 thlr.

* — — Idem liber, charta membranacea (Velin.) 4 thlr.

Spohn, M. F. A. G., Commentatio de extrema Odysseae parte inde a rhapsodiae Ψ versu CCXCVII. aevo recentiore orta, quam Homerico. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 8 gr.

— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.

* — — Idem liber, charta meliori. 2 thlr. 8 gr.

Strabonis Rerum geographicarum Libri XVII. Graeca ad opt. Codd. MSS. recensuit, varietate lect. adnotatt. illustravit, Xylandri versionem emendavit Ioa. Phil. *Siebenkees,* inde a septimo libro continuavit Carol. Henr. *Tzschucke.* Vol. I — VI. 8 maj. 1796 — 1811. 18 thlr. 12 gr.

* — — Idem liber, Tom. I — VI. charta belgica. 28 thlr. 20 gr.

Sylloge lectionum Graecarum, Glossarum, Scholiorum in Tragicos Graecos atque Platonem, ex Codd. MSS., qui in bibliotheca Imperiali Parisiis adservantur, erutorum in ordinem redacta. Accedit Observatt. criticarum Symbole in scriptores aliquot classicos et Graecos et Romanos nonnullarum. Utramque collegit et publicavit M. Godofr. *Faehse.* 8 maj. 1813. Charta impress. 2 thlr.

— — Idem liber, charta scriptor. 2 thlr. 12 gr.

Theophrasti Characteres. Ad optim. librorum fidem recensuit, de notationum ingenio earumque auctore exposuit, perpetua adnotatione illustravit atque indicem verborum adiunxit Dr. Frid. *Astius.* 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.

— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.

* — — Idem liber, charta meliori. 2 thlr.

Theophrasti Characteres in usum lectionum edidit et indice vocabulorum instruxit Dr. Frid. *Astius.* 8 maj. 1815. 6 gr.
